B 12
6
183
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE


COSMI
Philoſophici
Friderici
Giannetti
Aſsianenſis
Tomus III
Florentiæ
Ex Typogr. ſub Signo Paſſionis
MDC LXXXIII

B 12. G.183

FRIDERICI GIANNETTI
ALBIANENSIS S. T. D.
Ex Presbyteris Congregat. Ieſu Saluatoris Inſignis Colleg. Flor. S. Laurentij Canonici atque Academici Apathiſtæ

COSMVS PHILOSOPHICVS
SEV
ARISTOTELICAE PHILOSOPHIAE Vniuerſalis
EXPLANATIO
In commodum ſtudioſæ Iuuentutis edita.

Sereniſſimo Principi
COSMO III.
ETRVRIÆ MAGNODVCI Dicata.

TOMVS TERTIVS
IV. Libros de Mundo complectens.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
REPUBBLICA ITALIANA
FIRENZE

FLORENTIÆ
Ex Typogr. Andreæ Orlandinij 1683.

Sub Signo Paſſionis, de Superiorum Licentia.

DEFINITIONES

Huius Tomi III.

ARISTOTELICAE PHILOSOPHIAE

DEFINITIONES

DESCRIPTIONESVE

Ex hoc III. Tomo in vnum Collectæ

STVDIO

FRANCISCI CIONACCII

Sacerdotis Florentini

Et Auctoris quondam Diſcipuli.

QVÆ

RERVM INDICIS VICE

Defungi poſſunt.

Mundus

COllectio omnium creaturarum. 1.

Compages è Cælo, terrâque, & ex naturis, quæ in tra continentur. 8.

In quo continentur omnes gradus, ſeù genera entium. 11.

Ordo

Diſpoſitio parium diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuens. 2.

Vniuerſalis, ſeù *Vniuerſi*, habitudo plurium ad vnum primum. 3.

Perfectum

Cui nihil, in ſuo genere, deeſt. 11.

Creari

Rem fieri ex nihilo ſui & ſubiecti. 16.

Tranſire de non eſſe ſui ſimpliciter ad eſſe ſui ſimpliciter. 16.

Via ex ſe ad terminum. 43.

Deus

Ens carens omni defectu. 20.

Motus

Circularis, qui circa medium fit. 21.
Deorſum, qui fit ad medium. 21.
Surſum, qui fit à medio. 21.
Naturalis, actus imperfecti. 42.
Actus rei tendentis ad perfectionem, in qua quieſcat. 42.
Qui fit ſemper eodem modo, ad eundem locum, & per breuiſſimã lineam. 43.

Graue

Quod ferri notum eſt ad medium. 22.
Quod tẽdit ex propriâ naturâ ad centrum. 22.

Leue

Quod ferri notum eſt à medio. 22.
Quod habet ex propriâ naturâ recedere à centro, 22.

Grauiſſimum

Quod omnibus ſubſtat, quæ deorſùm feruntur. 22.

Leuiſſimum

Quod omnibus ſupereminet, quæ ſurſùm feruntur. 22.

Syſtema Mundi

Coordinatio præcipuarum Mundi partium. 25.

Anima

Actus corporis phyſici organici, potentiâ vitam habentis. 42.

Corpus

Naturale, quod habet in ſe principium ſui motus 44.

Sphæra

Armillaris, inſtrumentum rotundum, varijs circulis diſtinctum, quibus Cælorum motus, & totius Mundi ratio, commodè explicatur. 59.

Obliqua, in qua horizon ſecat æquatorem ad angulos inæquales. 60.

In qua alter ex Mundi polis eleuatur ſupra horizontem. 60.

Parallela, in qua alter ex Mundi polis eſt pro zenith, alter pro nadir. 60.

Recta, in qua horizon ſecat æquatorem ad angulos rectos. 59.

In qua ambo Mundi poli ſupra horizontem cadunt. 59.

Centrum

Sphæræ, punctum medium, à quo omnes lineæ rectæ, ad circumferentiam ductæ, ſunt æquales. 60.

Axis

Linea per centrum ſphæræ ducta, & ad polos vtrinque terminata. 60.

Poli

Eclipticæ, duo circuli polares. 79.

Horizōtis, duo pūcta zenith & nadir. 61

Sphæræ, duo pūcta axē termināntia, 60.

Zenith

Punctum vertici cuiuſcumque reſpondens. 60.

Nadir

Nadir
Punctum in alterâ Cæli parte directè oppoſitum zenith. 60.
Punctum pedibus vniuſcuiuſque, per lineam rectam, reſpondens. 60.
Circulus Sphæræ
Maior, qui ſphæram duas in partes æquales diuidit. 60.
Qui habet cum ſphærâ idē centrũ. 60.
Minor, qui ſphæram diuidit in partes inæquales. 61.
Qui non habet cum ſphærâ idem centrum. 61.
Parallelus, qui ab æquatore polũ verſus ductus, ab ipſo æquatore æqualiter diſtat. 82.
Polaris, eclipticæ polus. 79.
Qui deſignat zonam frigidam. 79.
Terminus zonæ temperatæ. 79.
Colurus circulus maior ſubſtentans reliquos. 78.
Æquinoctiorum, qui tranſit per puncta æquinoctialia arietis & libræ. 78.
Solſtitiorum, qui tranſit per puncta ſolſtitialia cancri, & capricorni. 78.
Æquator, circulus maior ab vtroque Mundi polo æqualiter diſtans. 72.
Menſura temporis horarij. 75.
Ex quo deſumuntur latitudines locorum. 75.
Quem cum Sol attigerit fiunt dies no-

ctibus æquales. 75.

Qui determinat bis in anno æquinoctia, ſcil. in vere & in autumno. 75.

Qui diuidit ſphæram in duo hemiſfæria, alterum ſeptentrionale, alterum auſtrale. 75.

Horizon aſtronomicus, ſeù *rationalis*, circulus maior, qui diuidit ſphæram in duo hemisphæria, alterum ſuperum, alterum inferum. 61. 62.

Qui deſignat quatuor puncta, diuidētia Cælum quatuor in partes ad angulos rectos, ex quibus quatuor Venti cardinales denominationem accipiunt. 63.

Qui determinat amplitudines ortiuas, & occiduas. 62.

Qui per centrum Mundi tranſit. 61.

Senſibilis, ſeù *viſualis*, qui viſu definitur. 61.

Qui determinat quantitatem diei noctiſque artificialis. 62.

Qui manifeſtat ortum occaſumque ſyderum. 63.

Qui terminat ſpatium Cæli, quod, remotis omnibus impedimentis, oculus attingere poteſt. 61.

Meridianus, circulus ex maioribus, qui tranſiens per vtrumque Mundi polum, zenith, & nadir, cadit ſupra horizontem ad angulos rectos. 63. 64.

Qui determinat punctum meridiei &

mediæ noctis, principium & finem diei naturalis, & latitudinem longitudinemque regionum. 64.
Qui diuidit ſphæram in duo hemisfæria, alterum orientale, alterum occidentale. 64.
Tropicus, circulus minor ab æquatore æque diſtans. 78.
Ad quem per veniens Sol conuertitur retrò ad æquatorem. 78.
Qui determinat finẽ zonæ torridæ. 78.
Auſtralis, in quo eſt principium ſigni capricorni. 78.
Qui hyeme minimã diem oſtendit. 78.
Borealis, in quo eſt initium ſigni cancri. 78.
Qui æſtate maximã diem oſtẽdit. 78.
Zodiacus, ſeù *ſignifer*, circulus maior, qui continet duodecim ſigna, ſiue imagines cæleſtes. 76.
Qui latitudinem 14. graduũ habet. 77.
Qui obliquè interſecat æquatorem in duas partes oppoſitas. 76.
Sub cuius latitudine Planetæ ſuos habent curſus. 76.
Amplituto
Ortiua, diſtantia à puncto æquinoctialĩ in principio arietis ad tropicũ cãcri. 62.
Occidua, diſtantia à puncto æquinoctiali in principio libræ ad tropicum capricorni. 62.

Oriens, ſiue *Ortus*

Æſtiuus, punctum ſolſtitiale in tropico cancri. 62.

Autumnalis, punctum æquinoctiale in principio libræ. 62.

Hyemalis, punctum ſolſtitiale in tropico capricorni. 62.

Vernus, punctum æquinoctiale in principio arietis. 62.

Occidens, ſiue *Occaſus*

Æſtiuus, Punctum ſolſtitiale in tropico capricorni. 62.

Autumnalis, punctum æquinoctiale in principio arietis. 62.

Hyemalis, punctum ſolſtitiale in tropico cancri. 62.

Vernus, punctum æquinoctiale in principio libræ. 62.

Dies

Artificialis, mora, quam ab ortu vſq; ad occaſum facit Sol ſupra horizō e. 62.

Naturalis, ſiue *aſtronomicus*, ſpatiū tēporis, quo Sol ab aliquo meridiano digreſſus, ad eundē meridianū diuertit. 62.

Qui fit interuallo 24. horarum. 64.

Qui diem noctemque cōplectitur. 62.

Latitudo

Aſtronomica, ſeù *geographica*, diſtantia loci ab æquatore verſus polum. 64.

Arcus meridiani interceptus inter zenith & æquatorem. 64.

Eleuatio poli Mundi. 75.

Longitudo

Aſtronomica, ſeù *geographica*, diſtantia meridiani loci à primo meridiano. 65.

Ecliptica

Iter & orbita Solis. 77.

Linea per mediam totius zodiaci latitudinem traducta. 77.

Sub qua eclipſes Solis aut Lunæ contingunt. 77.

Zona

Spatium inter vtrumque circulum parallelum interceptum. 79.

Frigida auſtralis, quæ à circulo polari antarctico ad polum antarcticũ fert. 80.

Borealis, quæ à circulo polari arctico ad polum arcticum extenditur. 80.

Temperata auſtralis, quæ à tropico capricorni ad circulum polarem antarcticum eſt. 80.

Borealis, quæ à tropico cancri ad circulum polarem arcticum eſt. 80.

Torrida, quæ inter tropicos claudit. 79.

Habitatores

Antipodæ, qui in diametraliter oppoſitâ terræ parte ſtantes, pedes pedibus oppoſitos habent. 80.

Antœci, qui ſub eodem meridiano habitant ſub diuerſis parallelis æquidiſtantibus ab æquatore. 80.

Periœci, qui ſub eodem parallelo, eodemq;

demq; climate, in eâdem zonâ degũt. 80.
Amphiſcij, incolæ zonæ torridæ. 80.
Qui duplicem habent vmbram. 80.
Quibus quandoque Sol eſt borealis, quandoque auſtralis. 81.
Quorum vmbram quãdoque Sol proijcit ad auſtrum, quãdoque ad boream. 81.
Heteroſcij, incolæ zonarum temperatarum. 81.
Qui vnicam habent vmbram. 81.
Quibus Sol ſemper eſt borealis, aut auſtralis. 81.
Periſcij, incolæ zonarum frigidarũ. 81.
Quibus vmbra in girum vertitur. 81.

Clima

Spatium inter duos parallelos incluſum. 81.

Rhombus

Linea ducta ex circulo in partes 32. diuiſo, quæ interſecat meridianos ad angulos obliquos. 82.
Qui adhibetur ad curſus nauigationis dirigendos. 82.
Qui deſignat vnum ex 32. ventis, quibus nauigatio perficitur. 82.

Partes Terræ

Continens, maior terrarum pars. 82.
Inſula, minor pars terræ, vndique aquis clauſa. 83.
Iſthmus, Pars parua terræ, quæ peninſulam cum continenti iungit. 82.

Peninſula, quæ ex tribus partibus mari circundatur. 82.

Promontorium, mons, ſeù pars terræ, quæ, præ cæteris circumiectis, in mare porrigitur. 83.

Mare

Vniuerſalis aquarum congeries terrarum orbi circumfuſa. 83.

Mediterraneum, quod medias inter terras intrat. 83.

Oceanus, mare, quod toti terræ circumfunditur. 83.

Sinus, pars aliqua maris intra terras anguſto ſpatio effuſa. 83.

Fretum, maris pars, quæ anguſto ſpatio inter duas terras fluens, deinde vltra ſe expandit, & mare mari coniungit. 83.

Elementum

Alicuius rei principium. 238.

Corporum, illud indiuiſibile in diuerſâ ſpecie, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt potentiâ, aut actu. 238.

Corpus ſimplex. 240.

Radix primorum quatuor qualitatum. 240.

Grauitas

Principiũ motus natularis deorſũ. 253.

Leuitas

Principiũ motus naturalis furſũ. 253.

Grauitare

Actu niti deorſùm. 259. 261.

Conari tendere deorſùm. 259.

Exer-

DEFINITIONES

DESCRIPTIONESVE
Ex hoc III. Tomo in vnum Collectæ

STVDIO
FRANCISCI CIONACCII
Sacerdotis Florentini
Et Auctoris quondam Diſcipuli.

QVÆ
RERVM INDICIS VICE
Defungi poſſunt.

Mundus

COllectio omnium creaturarum. 1.
Compages è Cælo, terrâque, & ex naturis, quæ in tra continentur. 8.
In quo continentur omnes gradus, ſeù genera entium. 11.

Ordo

Diſpoſitio parium diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuens. 2.
Vniuerſalis, ſeù *Vniuerſi*, habitudo plurium ad vnum primum. 3.

Perfectum

Cui nihil, in ſuo genere, deeſt. 11.

Creari

Rem fieri ex nihilo ſui & ſubiecti. 16.
Tranſire de non eſſe ſui ſimpliciter ad eſſe ſui ſimpliciter. 16.
Via ex ſe ad terminum. 43.

Deus

Deus

Ens carens omni defectu. 20.

Motus

Circularis, qui circa medium fit. 21.
Deorſum, qui fit ad medium. 21.
Surſum, qui fit à medio. 21.
Naturalis, actus imperfecti. 42.
Actus rei tendentis ad perfectionem, in qua quieſcat. 42.
Qui fit ſemper eodem modo, ad eundem locum, & per breuiſſimã lineam. 43.

Graue

Quod ferri notum eſt ad medium. 22.
Quod tẽdit ex propriâ naturâ ad centrum. 22.

Leue

Quod ferri notum eſt à medio. 22.
Quod habet ex propriâ naturâ recedere à centro, 22.

Grauiſſimum

Quod omnibus ſubſtat, quæ deorſùm feruntur. 22.

Leuiſſimum

Quod omnibus ſupereminet, quæ surſùm feruntur. 22.

Syſtema Mundi

Coordinatio præcipuarum Mundi partium. 25.

Anima

Actus corporis phyſici organici, potentiâ vitam habentis. 42.

Corpus

Naturale, quod habet in ſe principium ſui motus 44.

Sphæra

Armillaris, inſtrumentum rotundum, varijs circulis diſtinctum, quibus Cælorum motus, & totius Mundi ratio, commode explicatur. 59.

Obliqua, in qua horizon ſecat æquatorem ad angulos inæquales. 60.

In qua alter ex Mundi polis eleuatur ſupra horizontem. 60.

Parallela, in qua alter ex Mundi polis eſt pro zenith, alter pro nadir. 60.

Recta, in qua horizon ſecat æquatorem ad angulos rectos. 59.

In qua ambo Mundi poli ſupra horizontem cadunt. 59.

Centrum

Sphæræ, punctum medium, à quo omnes lineæ rectæ, ad circumferentiam ductæ, ſunt æquales. 60.

Axis

Linea per centrum ſphæræ ducta, & ad polos vtrinque terminata. 60.

Poli

Eclipticæ, duo circuli polares. 79.

Horizõtis, duo pũcta zenith & nadir. 61

Sphæræ, duo pũcta axẽ terminãtia, 60.

Zenith

Punctum vertici cuiuſcumque reſpondens. 60.

Nadir

Nadir

Punctum in alterâ Cæli parte directè oppoſitum zenith. 60.

Punctum pedibus vniuſcuiuſque, per lineam rectam, reſpondens. 60.

Circulus Sphæræ

Maior, qui ſphæram duas in partes æquales diuidit. 60.

Qui habet cum ſphærâ idē centrū. 60.

Minor, qui ſphæram diuidit in partes inæquales. 61.

Qui non habet cum ſphærâ idem centrum. 61.

Paralielus, qui ab æquatore polū verſus ductus, ab ipſo æquatore æqualiter diſtat. 82.

Polaris, eclipticæ polus. 79.

Qui deſignat zonam frigidam. 79.

Terminus zonæ temperatæ. 79.

Colurus circulus maior ſubſtentans reliquos. 78.

Æquinoctiorum, qui tranſit per puncta æquinoctialia arictis & lib æ. 78.

Solſtitiorum, qui tranſit per punta ſolſticialia cancri, & capricorni. 78.

Æquator, circulus maior ab vtroque Mundi polo æqualiter diſtans. 72.

Menſura temporis horarij. 75.

Ex quo deſumuntur latitudines locorum. 75.

Quem cum Sol attigerit fiunt dies no-

ctibus æquales. 75.
Qui determinat bis in anno æquinoctia, ſcil. in vere & in autumno. 75.
Qui diuidit ſphæram in duo hemiſfæria, alterum ſeptentrionale, alterum auſtrale. 75.
Horizon aſtronomicus, ſeù *rationalis*, circulus maior, qui diuidit ſphæram in duo hemisphæria, alterum ſuperum, alterum inferum. 61. 62.
Qui deſignat quatuor puncta, diuidētia Cælum quatuor in partes ad angulos rectos, ex quibus quatuor Venti cardinales denominationem accipiunt. 63.
Qui determinat amplitudines ortiuas, & occiduas. 62.
Qui per centrum Mundi tranſit. 61.
Senſibilis, ſeù *viſualis*, qui viſu definitur. 61.
Qui determinat quantitatem diei noctiſque artificialis. 62.
Qui manifeſtat ortum occaſumque ſyderum. 63.
Qui terminat ſpatium Cæli, quod, remotis omnibus impedimentis, oculus attingere poteſt. 61.
Meridianus, circulus ex maioribus, qui tranſiens per vtrumque Mundi polum, zenith, & nadir, cadit ſupra horizontem ad angulos rectos. 63. 64.
Qui determinat punctum meridiei & me-

mediæ noctis, principium & finem diei naturalis, & latitudinem longitudinemque regionum. 64.
Qui diuidit ſphæram in duo hemiſfæria, alterum orientale, alterum occidentale. 64.
Tropicus, circulus minor ab æquatore æque diſtans. 78.
Ad quem per veniens Sol conuertitur retrò ad æquatorem. 78.
Qui determinat finẽ zonæ torridæ. 78.
Auſtralis, in quo eſt principium ſigni capricorni. 78.
Qui hyeme minimã diem oſtendit. 78.
Borealis, in quo eſt initium ſigni cancri. 78.
Qui æſtate maximã diem oſtẽdit. 78.
Zodiacus, ſeù *ſignifer*, circulus maior, qui continet duodecim ſigna, ſiue imagines cæleſtes. 76.
Qui latitudinem 14. graduũ habet. 77.
Qui obliquè interſecat æquatorem in duas partes oppoſitas. 76.
Sub cuius latitudine Planetæ ſuos habent curſus. 76.

Amplitudo

Ortiua, diſtantia à puncto æquinoctiali in principio arietis ad tropicũ cãcri. 62.
Occidua, diſtantia à puncto æquinoctiali in principio libræ ad tropicum capricorni. 62.

Oriens, ſiue *Ortus*

Æſtiuus, punctum ſolſtitiale in tropico cancri. 62.

Autumnalis, punctum æquinoctiale in principio libræ. 62.

Hyemalis, punctum ſolſtitiale in tropico capricorni. 62.

Vernus, punctum æquinoctiale in principio arietis. 62.

Occidens, ſiue *Occaſus*

Æſtiuus, Punctum ſolſtitiale in tropico capricorni. 62.

Autumnalis, punctum æquinoctiale in principio arietis. 62.

Hyemalis, punctum ſolſtitiale in tropico cancri. 62.

Vernus, punctum æquinoctiale in principio libræ. 62.

Dies

Artificialis, mora, quam ab ortu vſq; ad occaſum facit Sol ſupra horizō ē. 62.

Naturalis, ſiue *aſtronomicus*, ſpatiū tēporis, quo Sol ab aliquo meridiano digreſſus, ad eundē meridianū diuertit. 62.

Qui fit interuallo 24. horarum. 64.

Qui diem nocteṁque cōplectitur. 62.

Latitudo

Aſtronomica, ſeù *geographica*, diſtantia loci ab æquatore verſus polum. 64.

Arcus meridiani interceptus inter zenith & æquatorem. 64.

Ele-

Eleuatio poli Mundi. 75.

Longitudo

Aſtronomica, ſeu *geographica*, diſtantia meridiani loci à primo meridiano. 65.

Ecliptica

Iter & orbita Solis. 77.

Linea per mediam totius zodiaci latitudinem traducta. 77.

Sub qua eclipſes Solis aut Lunæ contingunt. 77.

Zona

Spatium inter vtrumque circulum parallelum interceptum. 79.

Frigida auſtralis, quæ à circulo polari antarctico ad polum antarcticũ fert. 80.

Borealis, quæ à circulo polari arctico ad polum arcticum extenditur. 80.

Temperata auſtralis, quæ à tropico capricorni ad circulum polarem antarcticum eſt. 80.

Borealis, quæ à tropico cancri ad circulum polarem arcticum eſt. 80.

Torrida, quæ inter tropicos claudit. 79.

Habitatores

Antipodæ, qui in diametraliter oppoſitâ terræ parte ſtantes, pedes pedibus oppoſitos habent. 80.

Antæci, qui ſub eodem meridiano habitant ſub diuerſis parallelis æquidiſtantibus ab æquatore. 80.

Periæci, qui ſub eodem parallelo, eodemq;

demq; climate,in eâdem zonâ degũt. 80,
Amphiſcij, incolæ zonæ torridæ. 80.
Qui duplicem habent vmbram. 80.
Quibus quandoque Sol eſt borealis, quandoque auſtralis. 81.
Quorum vmbram quãdoque Sol proijcit ad auſtrum,quãdoque ad boream. 81.
Heteroſcij, incolæ zonarum temperatarum. 81.
Qui vnicam habent vmbram. 81.
Quibus Sol ſemper eſt borealis, aut auſtralis. 81.
Periſcij,incolæ zonarum frigidarũ. 81.
Quibus vmbra in girum vertitur. 81.

Clima

Spatium inter duos parallelos incluſum. 81.

Rhombus

Linea ducta ex circulo in partes 32. diuiſo, quæ interſecat meridianos ad angulos obliquos. 82.
Qui adhibetur ad curſus nauigationis dirigendos. 82.
Qui deſignat vnum ex 32. ventis, quibus nauigatio perficirur. 82.

Partes Terræ

Continens,maior terrarum pars. 82.
Inſula, minor pars terræ, vndique aquis clauſa. 83.
Iſthmus, Pars parua terræ, quæ peninſulam cum continenti iungit. 82.

Peninſula, quæ ex tribus partibus mari circundatur. 82.

Promontorium, mons, ſeù pars terræ, quæ, præ cæteris circumiectis, in mare porrigitur. 83.

Mare

Vniuerſalis aquarum congeries terrarum orbi circumfuſa. 83.

Mediterraneum, quod medias inter terras intrat. 83.

Oceanus, mare, quod toti terræ circumfunditur. 83.

Sinus, pars aliqua maris intra terras anguſto ſpatio effuſa. 83.

Fretum, maris pars, quæ anguſto ſpatio inter duas terras fluens, deinde vltra ſe expandit, & mare mari coniungit. 83.

Elementum

Alicuius rei principium. 238.

Corporum, illud indiuiſibile in diuerſâ ſpecie, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt potentiâ, aut actu. 238.

Corpus ſimplex. 240.

Radix primorum quatuor qualitatum. 240.

Grauitas

Principiũ motus natularis deorſũ. 253

Leuitas

Principiũ motus naturalis ſurſũ. 253.

Grauitare

Actu niti deorſùm. 259. 261.

Conari tendere deorſùm. 259.

Exer-

Exercere impetum deorſùm. 259.

Leuitare

Actu niti ſurſùm. 259.

Conari tendere ſurſùm. 259.

Exercere impetum ſurſùm. 259.

Rarum

Quod ſub magnis dimenſionibus parum habet materiæ. 264. 266.

Quod fit per ſolam mutationem paruarum dimenſionum in magnas. 266.

Denſum

Quod ſub paruis dimenſionibus multum habet materiæ. 264. 266.

Quod fit per ſolam mutationem magnarum dimenſionum in paruas. 266.

Rarefactio

Id, per quod idem corpus acquirit maiorem extenſionem localem, ſeù vbicationem, ſiue dimenſionem. 265. 266.

Id, per quod res, quæ occupabat minorem locum nunc maiorem occupat. 266.

Id, per quod corpus acquirit nouam extenſionem localem. 269.

Condenſatio

Id, per quod idem corpus habet minorem extenſionem localem, ſeù vbicationem, ſiue dimenſionem. 265. 266.

Id, per quod corpus deperdit nouam illam extenſionem localem. 269.

Rarefieri

Ocupare maiorẽ locũ, ac antea. 268.

INDEX

Capitum Definitionum.

A

AMplitudo. vij.
Anima. iij.
Axis. iv.

C

CEntrum. iv.
Circulus ſphæræ, v.
Clima. x.
Condenſatio. xij.
Corpus. iv.
Creari. ij.

D

DEnſum. xij.
Deus. iij.
Dies. viij.

E

ECliptica. ix.
Elementum. xj.

G

GRaue. iij.
Grauiſſimum. iij.
Grauitare. xj.
Grauitas. xj.

H

HAbitatores. ix.

L

LAtitudo, viij.
Leue. iij.
Leuiſſimum. iij.
Leuitare. xij.
Leuitas. xj.
Longitudo. ix.

M

MAre. xj.
Motus. iij.
Mundus. ij.

N

NAdir. v.

O

OCcaſus. viij.
Ordo. ij.
Ortus. viij.

P

PArtes Terræ. x.
Perfectum. ij.
Poli. iv.

R

RArefactio. xij.
Rarefieri. xij.
Rarum. xij.
Rhombus. x.

S

SPhæra. iv.
Syſtema Mũdi. iii.

Z

ZEnith. iv.
Zona. ix.

INDEX

DISPVTATIONVM QVAESTIONVNQVE

In quatuor Ariſtotelis Libros

De Cælo.

Diſputatio Proemialis. 1.
Quæſtio Vnica. De vnitate ac perfectione Mundi. 1.

In I. Librum.

Diſputatio I. De Mundo. 15.
Quæſtio I. Vtrùm Mundus produci potuerit ab æterno. 15.
Quæſtio II. Vtrùm Mundus ſit rotundus. 21.
Quæſt. III. Vtrùm Mundus duraturus ſit in æternum. 23.
Quæſt. IV. Quodnam ſit ſyſtema Mundi. 25.

In II. Librum.

Diſputatio I. De Cælis. 33.
Quæſt. I. Quot ſint Cæli. 33.
Quæſt. II. Vtrùm Cæli conſtent ex materia & forma. 37.
Quæſt. III. Vtrùm Cæli ſint animati, aut à propria forma moueantur. 41.

Quæſt.

Quæſt. IV. Vtrùm corpora cæleſtia agant in hæc inferiora per influentias. 46.
Quæſt. III. 2. ſiue V. Vtrùm terra & aqua faciant vnum globum. 52.
Quæſt. IV. 2. ſeù VI. Quo pacto diuidenda ſit ſuperficies terræ, vt habitabilis eſt. 55.

In III. Librum.

Diſputatio Vnica. De Elementis. 238.
Quæſt. I. Quot ſint elementa. 238.
Quæſt II. Vtrùm ambæ qualitates in ſingulis elementis ſint ſummæ? 241.
Quæſt. III. Vtrùm elementa ſint inuicem transmutabilia. 247.

In IV. Librum.

Diſputatio Vnica. De Grauitate & Leuitate. 251.
Quæſt. I. Quid ſit grauitas, & leuitas. 251.
Quæſt. II. Vtrùm grauia & leuia, grauitent aut leuitent in proprijs locis? 259.
Quæſt. III. De raro, & denſo. 264.

INTRODVCTIONIS In Sphæram

Cap. I. De ſphæra armillari. 59.
Cap. II. De Circulis in particulari. 61.
Tabulæ longit. & latit. aliquot locorũ 66.
Cap. III. De zonis, parallelis, & climatibus. 79.

Cap.

Cap. IV. De ſphæra terreſtri. 82.
Cap. V. De diuiſione Marium. 83.
Cap. VI. Aſſignantur ſinus, freta, & promontoria. 85.
Cap. VII. De diuiſione orbis terrarum in ſuas partes. 88.
Cap. VIII. De Europa. 88.
Cap. IX. De Hiſpania. 90.
Cap. X. de Gallia. 100.
Cap. XI. De Germania. 112.
Cap. XII. De Regionibus intermedÿs. 132.
Cap. XIII. De Dania. 136.
Cap. XIV. De Suecia. 139.
Cap. XV De Polonia. 141.
Cap XVI. De Ruſſia ſeù Moſcouia. 143.
Cap. XVII. De Turcarum Imperio in Europa. 146.
Cap. XVIII. De Italia. 151.
Cap. XIX. De Inſulis Europæ adiacentibus. 166.
Cap. XX. De Aſia. 191.
Cap. XXI. De Inſulis Aſiæ adiacentibus. 211.
Cap. XXII. De Aphrica. 214.
Cap. XXIII. De Inſulis Aphricæ adiacentibus. 225.
Cap. XXIV. De America. 227.
Cap. XXV. De Inſulis adiacentibus Americæ. 236.

IN

In Quatuor
ARISTOTELIS
LIBROS
De Cælo

DISPVTATIO PROEMIALIS

De magno Mundo, ſeù de Vniuerſo creato, qui eſt omnium creaturarum collectio ſeù vniuerſitas, acturus hîc Ariſtoteles Libros tamen *de Cælo* inſcripſit, denominatione à potioni Vniuerſi parte deſumptâ. Et quia eius vnitatem ac perfectionem primò propugnare præcipuè conatus eſt, nos pariter ab his noſtræ huius explanationis ducemus exordium.

QVÆSTIO VNICA

De vnitate ac perfectione Mundi.

Collectionem omnium creaturarum animaduertentes Latini, eſſe, non confuſam & inconditam congeriem, ſed ſapientiſſimam rerum ordi-

 nationem

nationem, quæ licèt inter ſe diſpares, ac diſſimiles, nihilominùs inſtar fidium Calcochordi ipſâmet varietate ac diuerſitate ſonitus muſicum quendam edunt concentum, & harmoniam efformant admirabilem, quatenùs omnes ab vno ſe ortas, vnum loqui, & in vnum tendere Deũ eſſentialiter canunt, *Mundum*, ideſt pulchrum nuncupandum cenſuerunt. *Vniuerſus* ab Ariſtotele, ideſt *omnis in vnum verſus* appellatus eſt, quod nomen duo dicit; primò omnem creaturam non modò præterito aut præſenti tempore productam, vel futuro producendam, ſed abſolutè omnem vnquàm, & vſpiàm producibilem; ſi enim vel vnam produci,& in Vniuerſo non includi illam concipiamus, Vniuerſus iàm Vniuerſus non erit; vt enim inquit Cic. 4. Acad. *Qui vniuerſum dicit, nihil excipit; quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa?* Secundò *omnium in vnum verſum*, ideſt, mutuum ordinem ad inuicem, & ad vnum finem.

Ordo ex Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Dei c. 13. *Eſt parium dispariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio*. D. Thomas 1. p. quæſt. 21. art. 1. de ordine ſic habet. *Eſt autem duplex ordo conſiderandus in rebus: Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum, ſicut partes ordi-*

ordinantur ad totum, & accidentia ad ſubſtantiam, & vnaquæque res ad ſuum finem; Alius ordo, quo omna creata ordinantur in Deum. Ex quibus patet duplicem in rebus eſſe ordinem, particularem nimirum, prædicamentalem, ſeù accidentalem, qui inter vnam & aliam creaturam ita eſt, vt poſſit non eſſe; ſic inter parietem album A, & inter album B; inter chirographum, & ſolutionem pecuniæ; inter Petrum herum, & Paulum famulum, itá eſt ordo & habitudo vnius ad alterum, vt poſſint ea eadem eſſe & exiſtere ſine tali ordine. Alius ordo eſt tranſcendentalis, ſeû eſſentialis, qui itá imbibitur in vnâquaque & omnibus creaturis, vt ſit impoſſibile ipſis non ineſſe; ſic eſt impoſſibile vnam creaturam non eſſe ſimilem & correſpondentem alteri in eſſe entis, boni, & veri, & in eſſe manifeſtatiuo gloriæ ſui Conditoris, ſicuti eſt impoſſibile non dicere ordinem ſeù relationem originis ab vno, & ordinem tendentiæ ad vnum vltimum finem; & hic ordo vtpotè ineuitabilis ſingulis & omnibus tàm productis, quàm vnquam producendis & producibilibus, eſt vniuerſalis, ſeù ordo Vniuerſi, de quo Vaſques 1. p. diſq. 67. c. 1. ait *Eſt habitudo plurium ad vnum primum.* His prænotatis

Scire oportet Mundi vnitatem non poſſe rectè deſumi ex ordine prædicamentali creaturarum ad inuicem, aut ad aliquid creatum; quia, eodem manente Mundo, talis ordo interire pôteſt; ſic eſſet idem Mundus, etiamſi plures eſſent Cæli, quàm qui de facto ſunt, aut ſi Cælum Planetarum eſſet non infra, ſed ſupra Firmamentum, ſi aquæ totam operirent Terræ faciem, & ſic de cæteris. Vnitas ergò Mundi deſumenda eſt ex ordine tranſcendentali omnium creaturarum ad inuicem & ad vnum, cum hæc ſola ſit vnitas Vniuerſi, eo modo, quo vnitas Imperij e. g. Hiſpani non deſumitur ex particulari vnius Prouinciæ, Ciuitatis, aut Oppidi ordine; ſed ex ordine vniuerſorum Regnorum & Prouinciarum ad inuicem, & ad vnum Regem, ità vt omnes illæ Prouinciæ & Regna vnum ſint Imperium, quæ conueniunt in mutuâ ſubiectionis & obedientiæ ſimilitudine, & ad vnum Principem tendunt: ſic Inſulæ Philippinæ in Aſia, licèt diſtantes ac diſſimiles ab ijs, quæ Rex Hiſpanus poſſidet in Aphricâ, Europâ, & Americâ; tamen quia dicunt cum illis mutuam correſpondentiam in audiendis eius Præfectis, & ſeruandis eius legibus, & ad ipſum Regem ſimul ordinantur, propterea cum illis conſti-

tuunt

tuunt, imò & cum alijs quibuſcunque, quæ idem Rex in ſuam rediget poteſtatem, conſtituent vnum Imperium. Idem valet in pluribus Religioſis conuenientibus inuicem in vnius Regulæ obſeruantiâ, & vnum agnoſcentibus Generalem Præpoſitum, qui ratione huius ordinis ad inuicem & ad vnum conſtituunt vnam Religionem; in pluribus militibus conſtituentibus vnum exercitum &c. His poſitis

Dico I. Mundus ità eſt vnus de facto, vt implicet, eſſe plures.

Probatur. Vnitas Mundi conſiſtit in ordine creaturarum ad inuicem & ad vnum primum: ſed implicat, quòd tàm creaturæ productæ quàm producendæ, & quandocumque & vbicumque producibiles, non habeant eundem ordinem ad inuicem, & ad vnum primum; ergò implicat non eſſe vnum Mundum. Min. eſt euidentiſſima; nam omnibus & ſingulis creaturis vbicumque & quandocumque producibilibus eſt ineuitabile procedere ab vno Conditore, manifeſtare gloriam vnius, & ad vnum primum & vltimum tendere; ergò implicat non habere eundem ordinem ad inuicem & ad vnum primum. Antecedens eſt per ſe manifeſtum; nam omnes & ſingulæ creaturæ dicunt eſſentialiter entitatem,

bonitatem, & veritatem, à Creatore participatam, & ad Creatorem ordinatam; ergò ſunt eſſentialiter inuicem colligatę & ſibi correſpondentes vno & eodem ordine ad inuicem & ad vnum primum; ergò eſſentialiter vnum Mundum conſtituunt. Hæc ratio eſt D. Thomæ, qui 1. p. q. 47. art. 3. eam affert his verbis: *Quæcunque autem ſunt à Deo, ordinem habent ad inuicem, & ad ipſum Deum; vnde neceſſe eſt, quod omnia ad vnum Mundum pertineant, & ideò illi potuerunt ponere plures Mundos, qui cauſam Mundi non poſuerunt aliquam ſapientiam ordinantem, ſed caſum.* Hac eâdem ratione vſus eſt Ariſtoteles, cum vnitatem Mundi probauit ex vnitate primi mouentis, omnia ad ſe ipſum vt vltimum finem ſapienter ordinantis; vt enim Mundus ſit ſapienter conditus, debet in ipſo dari ordo omnium ad ſe inuicem & ad vnum, in quo ordine cum coſiſtat vnitas Mundi, tàm implicat Mundum non eſſe vnum, ac non eſſe ſapienter, ſeù cum prædicto ordine conditum; vt enim eſt per ſe manifeſtum, eſſentialis eſt rebus & ineuitabilis huiuſmodi ordo, adeò vt vel ipſa mala, licèt prauo improborum affectu reluctante diuinis legibus, quandoque ſubrepant, & ab hoc ordine hominem amouere videantur, in hunc tamen ordinem

dinem relabi neceſſe omninò ſit, quare Boetius lib. 4. de conſolat. Philoſophiæ inquit: *Sola eſt enim diuina vis, cui mala quoque bona ſint, cum eis competenter vtendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur, vt quod ab aſſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc, licèt in alium, tamen in ordinem relabatur.*

Ex his ſatis intelligitur, primò non perperam conatum eſſe Philoſophum Mundi vnitatem ex vnitate primi mouentis demonſtrare. Secundò quænam fuerit eius mens, cum cap. 7. huius libri tex. 94. affirmauit non eſſe poſſibiles plures Mundos, quia hic conſtat ex vniuerſâ materiâ; non enim loquitur de materiâ primâ, quaſi ignoraret in eius virtute, qui omnipotenter omnia condidit, aliam eſſe materiam; ſed nomine materiæ Mundi intelligit ordinem omnium naturalium, vt patet ex toto capite 7. & 8. ac expreſsè innuit illis verbis tex. 98. *Ex tota enim eſt propria materia totus Mundus; materia enim ipſi eſt naturale corpus ſenſibile;* ſignificat ergò omnia naturalia ſic vno ordine ad inuicem & ad vnum eſſe colligata, vt ſit impoſſibile aliquod eorum extra talem ordinem eſſe, ac proindè non poſſe fieri vt ſit alter Mundus. Tertiò liquet, quid ſignificetur eâ definitione, qua mundus dicitur.

Compages è Cælo, terraquè, & ex naturis, quæ intra continentur. Nam ly *intra* non ſignificat aliquod vltimum, ſeù extremam aliquam ſuperficiem corporis continentis, alioquin Angeli, qui ſupra conuexam ſuperficiem Empyrei exiſtunt, ad Mundum non pertinerent; ſed ſignificat intra eum ordine, in quo Mundi vnitas conſiſtit.

I. Ob. Poteſt creari alia sphæra omnino seiuncta ab omnibus defacto exiſtentibus, quæ includat elementa & alias creaturas, vt includit sphæra nunc exiſtens: ſed illa erit alter Mundus; ergò &c.

Reſp. Conceſsâ maiore, nego minorem; nam & illa sphæra erit neceſſariò colligata, & conueniens cum hac in ordine creaturarum ad inuicem, & ad vnum; ad inuicem; quia erunt ſibi ſimiles & correſpondentes mutuò in manifeſtandâ gloriâ ſui Conditoris; ad vnum, quia vtraque non alium poterit habere vltimum finem, quàm ipſum Deum, à quo vtraque eſſentialiter ſuam agnoſcet originem.

II. Ob. Eâ ratione, qua Deus creauit vnum Mundum, potuit creare multos, cum eius potentia non ſit limitata ad vnius Mundi creationem; ergò &c.

Reſp. In primis retorqueo argumentum

tum. Etiam creauit Deus vnam hominum ſpeciem, & tamen eâdem ratione non poſſunt hominum ſpecies creari plures. In formâ nego antecedens; quia ſicuti non poſſunt plures hominum ſpecies creari, quia cum *homo* ſit ſpecies athoma ſeù vltima, eſſet ſimul non athoma, ſi in alias poſſet ſubdiuidi; ità cum ſit eſſentiale omnibus creaturis vno ordine ad inuicem & ad vnum ordinari, ſi alij eſſent poſſibiles Mundi, poſſibile ſimul eſſet omnes creaturas non vno ad inuicem & ad vnum ordine ordinari, & ſic ſequerentur contradictoria. Hanc obiectionem ſibimetipſi fecit D.Thom. loco cit. initio artic. & ſic reſpondit. *Ad primum dicendum, quòd hæc eſt ratio, quare Mundus eſt vnus, quia debent omnia eße ordinata vno ordine, & ad vnum.* In hac eâdem ſignificatione loquitur in reſponſione ad tertium dicens, *Non eſt poſſibile eſſe aliam Terram quàm iſtam*, ſcilicèt, quòd quamuis alia Terra, alij Cæli, & aliæ creaturæ in infinitum produci poſſint ab omnipotentiâ Dei, tamen non erunt aliæ, nempè diuerſæ ab his, quæ ſunt, in vnitate ordinis ad inuicem & ad vnum, & ſic alium non conſtituent Mundum.

III. Ob. Dici ſolet cummuniter, eſſe poſſibile fieri à Deo Mundos non tot

quin plures; ergò ſunt poſſibiles plures. Rurſùs videtur ſic limitari diuina omnipotentia.

Reſp. Communem ſenſum ſic loquentium eſſe, quòd ſint poſſibiles plures creaturæ, & plures collectiones creaturarum ſimiles illis collectionibus, quæ defacto exiſtunt, quod & nos fatemur; ſed quia omnes neceſſariò haberent inuicem & ad Deum eundem omninò ordinem, propterea impropriè dicuntur Mundi plures, ſed eſſent verè & propriè vnus Mundus. Nec limitatur diuina omnipotentia dicendo, non eſſe ab ipſâ producibiles plures Mundos; quia, cum oſtenſum ſit, non eſſe poſſibile, alio inuicem & ad Deum ordine tendere creaturas, & in tali ordine conſiſtat vnitas Mundi, manifeſta inuoluerentur contradictoria, ſi pluſquàm vnus poſſet eſſe Mundus; omnipotentia autem non dicit poſſe impoſſibilia, ſed nullum eſſe poſſibilium genus, ad quod ipſa non ſe extendat; ſicuti nemo dicet limitari omnipotentiam, quia plures hominum ſpecies ab ipſâ produci nequeant, ſi enim plures illæ ſpecies contradictionem inuoluerent, ſunt aliquid impoſſibile: omnipotentia autem non eſt de impoſſibilibus, ſed de poſſibilibus.

Ex dictis facile eſt intelligere quid ſigni-

gnificauerit S. Thomas in reſponſione ad tertium loco nuper citato, cum ait *Ad tertium dicendum, quòd Mundus conſtat ex ſua tota materia;* intellexit ſcilicet de ordine à nobis hactenùs propugnato, vt diximus intelligi ab Ariſtotele.

Dico II. Mundus eſt perfectus.

I. Prob. Perfectum eſt cui nihil in ſuo genere deeſt: ſed Mundus eſt huiuſmodi; ergò perfectus eſt. Minor prob. Mundus continet omnes gradus, ſeù genera entium, ſcilicet eſſe, viuere, ſentire, & intelligere; ergò nihil ipſi deeſt in ſuo genere. Confirm. quia Mundus habet quidquid ad ſui Conditoris gloriam manifeſtandam requiritur, quæ manifeſtatio eſt finis Vniuerſi; ergò nihil ipſi in ſuo genere deeſt.

II. Prob. Mundus eſt opus Dei: ſed Dei perfecta ſunt opera; ergò Mundus eſt perfectus. Minor patet tùm ex ſacris litteris, tùm ratione naturali; quia eius opera perfecta ſunt, qui agit vi ſapientiæ omnia cognoſcentis, & vi amoris volētis ſe diffundere, & ſuam bonitatem ſuis operibus communicare: ſed ſic agit Deus; ergò Dei perfecta ſunt opera. Minor eſt euidentiſſima cuiuis Deum cognoſcenti, cum nullum alium producendi modum habeat infinita Dei potentia niſi per ſapientiam & amorem.

Confirmant hoc ſacræ paginæ dicentes, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, ideſt perfecta.

I. Ob. Sunt in Mundo multa inutilia, vt plures herbæ & animalia, quæ nulli ſunt vſui; ergò Mundus nõ eſt perfectus.

Reſp. Nego antecedens: nam, ſicuti in officina Fabri excellentis videntes plurima diuerſi generis inſtrumenta, & ignorantes eorum vſum & finem, nihilominùs meritò temeritatis argueremur, ſi eorum aliquod inutile iudicaremus, cum Artificis ſapientia ſit prudens motiuum iudicandi ea omniá vtilia; ità, cum Deus ſit ſapientiſſimus Mundi Artifex, temerarium eſt aliquid ab ipſo inutile conditum iudicare.

II. Ob. Dantur in Mundo corruptiones & monſtra; ergò dantur imperfectiones.

Reſp. Cum corruptio vnius alterius ſit generatio, ſicuti in Muſica ad interitum vnius toni alius enaſcitur, & per hoc harmoniam faciunt, ità pulchritudinem ipſæ corruptiones generant. Monſtra, licèt in ſe ſint deformia, tamen conſiderata in ordine ad totum Vniuerſi corpus pariunt pulchritudinem eo pacto, quo, licèt næuus ſecundùm ſe ſit deformis, tamen reſpectu totius, corporis formam commendat.

Mun-

Mundum in tempore fuiſſe conditum docet ipſemet, qui condidit; qui primâ die Empyreum, & in ipſo Angelos creauit; terram quoque & aquam produxit; ſecundâ die reliquos Cælos, aerem, & ignem; tertiâ die aquas in vnum locum collegit, teramque herbis, floribus, & plantis ornauit; quartâ die Solē Lunam & Stellas in Cælis diſpoſuit; quintâ die piſces & volucres ex aquis formauit; ſextâ denique die animantia & hominem creauit. Has dies Diuus Auguſtinus & Philo Iudæus methaphoricè accipiunt pro ſex diſtinctis cognitionibus Angelorum, quibus res creatas ab ipſis cognitas dicunt. Communiter tamen & meliùs ad litteram intelliguntur, quia recedendum non eſt à litterali diuinæ ſcripturæ ſenſu, niſi aliquod abſurdum ſequatur, aut conuincens ratio contrarium ſuadeat, alioquin poſſent omnes ſacræ litteræ per allegoricos ſenſus eludi, & à litterali ſignificatione diſtrhai; ſed nullum abſurdum ſequitur dicendo, in creatione Mundi verè conſumptas eſſe ſex dies, nec ratio vlla conuincit contrarium; ergò.&c. Nec obſtat ille locus ſcripturæ, *Qui viuit in æternum omnia creauit ſimul*; ſignificat enim quæcunque ſingulis diebus facta ſunt, omnia vnico inſtanti fuiſſe producta.

Quo

Quo anni tempore conditus ſit Mundus incertum eſt. Aliqui enim in æquinoctio autumnali, ſcilicet menſe septembri in principio libræ, creatum affirmant, quia tunc erant fructus in arboribus ad primos parentes nutriendos iam maturi. Alij rectiùs cum communiori PP. & DD. ſententiâ in æquinoctio verno, in principio ſcilicet arietis, fuiſſe productum cenſent, quia in id tempus maximè congruunt, quæ de terra germinante ſeù generante herbas & flores sacra ſcriptura commemorat, cum huiuſmodi generationibus, non tempus autumnale, ſed vernum proprium & aptiſſimum ſit. Rursùs quia mos fuit, apud Iudæos ab æquinoctio verno ſumere annorum initia, quæ non eſt veriſimile primos parentes omni ſcientiarum genere præditos cunctatos eſſe numerare vſque ad tale tempus, ſi Mundus in autumno fuiſſet productus. Imò cum in Ægypto ſe accomodaſſet Iſrael moribus gentium, & numeraret annum ab autumno, iuſſus eſt à Deo in exitu ab Ægypto talẽ errorẽ abijcere, & à Martio menſe anni initium numerare.

Die dominica inchoatam fuiſſe creationem certum eſt, non enim alio pacto verificari poteſt ſabbatum eſſe diem ſeptimam, in qua Deus ab opere, quieuiſ-

ſe

ſe dicitur, niſi dominica dies fuerit operis prima. Veriſimilius eſt 20. die menſis inchoatam creationem, & abſolutam 25. ſic enim & in ipſo æquinoctio creatum fuiſſe Mundum, & eo tempore conditum hominem, quo fuit, per incarnationem Verbi recreatus, ſcilicet 25. martij, qua & incarnatus & mortuus Chriſtus eſt, intelligimus.

IN PRIMVM

Ariſtotelis Librum de Cælo

DISPVTATIO I.

MVndum eſſe vnum perfectum, finitum, & rotundum, in hoc libro cum probaſſet Philoſophus, vltimo loco neque generabilem, neque corruptibilem eſſe demonſtrauit. Horum aliqua cum explanauerimus in proemio huius operis, ad reliqua iam progredimur, quibus alia nonnulla addere ad maiorem explanationem non erit inutile.

QVÆSTIO I.

Vtrùm Mundus produci potuerit ab æterno.

NOn dubitatur hîc vtrùm ab æterno fuerit in Deo potentia ſeu virtus

pro-

producendi Mundum in tempore; nullus enim omnem ineſſe ab æterno virtutem Deo dubitat: ſed an Mundus, aut alia creatura, eſſe, ſeù durare potuerit duratione ſimpliciter æternâ; ita vt ſicut quandocumque eſt Sol, eſt etiam lux, ita quandocumque fuit Deus, fuerit etiam creatura.

Dico. Nec Mundus, nec alia creatura potuit eſſe ab æterno.

Prob. I. Quia implicat creaturam eſſe, & non eſſe creaturam: ſed Mundus ab æterno eſſet & non eſſet creatura: ergò Mundus ab æterno implicat. Minor probatur: quia de Mundo ab æterno verificaretur creari & non creari; ergò eſſet & non eſſet creatura. Antecedens quoad primam partem ſupponitur ab aduerſarijs; quoad ſecundam probatur ſic. Creari eſt rem fieri ex nihilo ſui & ſubiecti, ſeù tranſire de non eſſe ſui ſimpliciter ad eſſe ſui ſimpliciter: ſed de Mundo æterno non verificatur, quod tranſeat de non eſſe ſui ſimpliciter ad eſſe ſui ſimpliciter; ergò non verificatur creari. Minor probatur: Mundus æternus in nullo inſtanti eſt in non eſſe ſui ſimpliciter; ergò de Mundo æterno non verificatur quod tranſeat de non eſſe ſui ſimpliciter ad eſſe ſui ſimpliciter; ſicuti non verificatur de Petro, quod tranſeat

ex hoc loco ad alium, ſi numquam fuerit in hoc loco: ſed ſi Mundus eſſet æternus, nunquam fuiſſet in ſui non eſſe, cum ſemper fuiſſet; ergò &c. Confirmatur: quia implicat vllam Dei perfectionem participari à creaturâ quantum participabilis eſt, ſcilicet datâ quauis participatione non remanere vlteriùs & vlteriùs in infinitum participabilem, alioquin exhauriretur, & finiretur à creaturâ perfectio diuina, ſcilicet infinita: ſed ſi Mundus eſſet ſimpliciter æternus, participaretur à creaturâ diuina æternitas quantum participabilis eſt; ergò implicat Mundum eſſe ſimpliciter æternum.

Dices, non participari ſecundùm prædicatum independentis, ac proindè non ſequi abſurdum.

Sed contra. Diuina æternitas in prædicato independentis non eſt participabilis; nequit enim vllo modo creatura eſſe independens; ergò ſi participetur à Mundo in omnibus alijs rationibus æternitatis, participatur quantum participabilis eſt; quod implicat. Rurſùs ſi ſubſiſteret talis reſponſio, poſſet etiam dici, creaturam eſſe capacem diuinæ immẽſitatis, comprehenſionis Dei, & omnium attributorum, dummodò non haberet à ſe, ſed dependenter à Deo, quod tamen eſt falſum.

Dices

Dices, quod ad hoc vt Mundus tranſeat de non eſſe ad eſſe, non requiritur, vt non eſſe Mundi præcedat eſſe realiter ſeù in inſtanti reali; ſed ſatis eſt ſi præcedat in inſtanti naturæ, ita vt in primo inſtanti naturæ verificetur *Mundus non eſt*, in alio verò verificetur *eſt*.

Sed contra. Primò, quia duo inſtantia naturæ coaleſcunt in vno indiuiſibili inſtanti reali durationis; ergò pro vno & eodem indiuiſibili inſtanti reali verificabuntur de Mundo contradictoria, ſcilicet eſt & non eſt. Secundò, inſtantia iſta naturæ ſunt immaginaria & ſictitia: ſed Mundus creatur non imaginariè & fictitiè, ſed verè & realiter, ergò debet de ipſo verè & realiter, præciſâ quauis fictione imaginationis, verificari quòd tranſeat de non eſſe ad eſſe ſimpliciter. Denique vnum eſſe priùs naturâ alio non eſt niſi præcedere aliud, vt cauſam determinantem illud ad exiſtendum: ſed non eſſe Mundi non eſt cauſa determinans Mundum ad exiſtendum, ſed eſt purus terminus *à quo*; ergo nequit dici prius naturâ ipſo Mundo; atque adeò prædicta diſtinctio eſt omnino inſufficiens.

Dices, Mundum in priori naturæ non fuiſſe, ſignificare quòd Mundum æternum præceſſerit cauſa in ratione produ-

centis, non autem in ratione durantis.

Sed contra. Nam ipſum punctum, quod controuertitur eſt, vtrùm cauſa æterna potuerit producere Mundum in æternitate, ideſt, potuerit præcedere in ratione producentis, non autem in ratione durantis; ergò afferre talē diſtinctionem eſt reſpondere per ipſum punctum quæſtionis; quod eſt petere principium; ergò &c.

I. Obijcies. Non repugnat Verbum produci ab æterno à Patre vt à principio: ergò neque repugnat Mundum produci ab æterno à Deo. Confirmatur; quia, ſi Deus eſſet cauſa neceſſaria, produxiſſet Mundum ab æterno; ergò potuit etiam producere ab æterno vt cauſa libera.

Reſp. Conceſſo antecedenti, nego conſequentiam. Verbum enim producitur productione non creatiuâ, ideòque Pater producens eſt principium, & non cauſa ipſius; at Mundus petit eſſentialiter produci productione creatiuâ, quæ dicit eſſentialiter tranſitum de nihilo ad eſſe, & connotat veram rationem cauſæ in producente; quæ omnia repugnant cum æternitate ſimpliciter effectus. Ad confirmationem nego ſuppoſitum; Deus enim cauſans neceſſariò creaturam non eſt Deus ſed chymera, eſſet

enim

enim ens carens perfectione libertatis, atque adeò defectuoſum, & ſic non eſſet ens carens omni defectu, vt eſt eſſentialiter Deus.

II. Obijc. Mundus contingenter eſt in tempore; ergò indifferens eſt, vt ſit in tempore, vel in æternitate. Confirmatur: quia quotiescumque datur potentia libera creandi, poteſt dari creatura; ſed ab æterno dabatur in Deo potentia libera creandi; ergò ab æterno poterat dari creatura.

Reſp. Nego antecedens; licèt enim Mundus ſit indifferens ad eſſe & non eſſe, tamen ſuppoſito quod ponatur, neceſſariò debet poni in tempore, atque adeò non dicit contingentiam ad eſſendum in tempore; ſicut homo contingenter eſt, quia poteſt poni & non poni; ſed ſuppoſito quod ponatur, non eſt contingenter homo, ſed neceſſariò eſt homo, ſcilicet animal rationale. Ad confirmationem diſtinguo maiorem: ſi ly *quotiescumque* ſumatur diſtributiuè, ita vt ſignificet datâ potentiâ creandi nullum eſt aſſignabile inſtans in quo non poſſit creatura produci; concedo: ſi ly *quotiescumque* ſumatur collectiuè, ideſt in ipſâ collectione omnium durationum poteſt creatura produci; nego: argumentum enim eſt de ſubiecto non ſup-

po-

ponente; dabatur enim in Deo ab æterno poteтia creandi Mundum in tempore, non autem in æternitate; ſicuti datur in Deo nunc virtus producendi totam diem craſtinam, non tamen producendi ipſam totam in hoc inſtanti.

III. Obijc. Ad hoc vt Mundus diceretur creari, ſatis eſſet vt ante Mundum nihil de Mundo fuerit, non autem requiritur quod præceſſerit ipſum nihil; ergo &c.

Reſp. Nego antecedens: nam etiam ante Deum Verbum nihil Verbi fuit, & tamen non ſufficit, vt Deus Verbum creetur; ergò requiritur vt in aliquo inſtanti reali præcedat ipſum non eſſe creaturæ.

QVÆSTIO II.
Vtrùm Mundus ſit rotundus.

ARiſtoteles hîc tex. 5. & ſequentibus vſque ad 16. Mundum eſſe figuræ circularis oſtenſurus, ſupponit ex motibus, alium eſſe ſurſum, alium deorſum, qui ambo ſunt recti; alium circularem aut ex his mixtum. Circularis eſt, qui circa medium fit, ideſt circa centrum. Surſum eſt qui fit à medio, ſcilicet à Mundi centro. Deorſum verò eſt, qui fit ad medium.

Dico. Mundus eſt figuræ circularis.

Prob.

Prob. Quia experientiâ conſtat ſtellas fixas, ſiuè ſint in puncto orientali horizontis, ſiuè in altitudine meridionali, ſiuè in depreſſione occiduâ, ſemper eamdem diſtantiam ſenſibilem à nobis ſeruare: ſed hoc contingere non poſſet niſi Mundus eſſet figuræ cricularis; ergò &c. Rurſùs ſtellæ polis viciniores circulos minores perficiunt, remotiores verò circulos maiores abſoluunt: ſed hoc fieri poteſt tantùm in corpore rotundo, ergò &c. Denique Mundo vt pote vniuerſorum continenti debebatur figura omnium capaciſſima: ſed inter figuras iſoperimetras, ideſt æqualis ambitus, omnium capaciſſima eſt circularis; ergò Mundus eſt figuræ circularis.

Ex his concludit Ariſtoteles tex. 17. vſque ad 20. Mundum neque grauem, neque leuem eſſe; & hoc demonſtrat ex eo quod *Graue eſt, quod ferri notum eſt ad medium*, ideſt, quod ex propriâ naturâ tendit ad centrum. *Leue autem, quod à medio*, ſcilicet, quod ex propriâ naturâ habet recedere à centro. *Grauiſſimum autem, quod omnibus ſubſtat, quæ deorſum feruntur. Leuiſſimum verò quod omnibus ſupereminet, quæ ſurſum feruntur*; ſed corpus, quod circulariter mouetur, neque tendit ad centrum, neque recedit à centro;

ergò

ergò neque graue, neque leue eſt.

QVÆSTIO III.
Vtrum Mundus duraturus ſit in æternum.

INcorruptibilem eſſe Mundum affirmat Ariſtoteles hîc tex. 101. cuius ſententiam abſolutè prolatam cum non admittant diuinæ ſcripturæ teſtimonia, propterea diſtinctione in hac re opus eſt.

Dico. I. Spectato ſolo Dei concurſu ordinario Mundus quoad ſubſtantiam in æternum durabit.

Probatur. Quia Cæli, vt infra probabitur, ſunt incorruptibiles. Elementa, licèt per continuam pugnam ad inuicem corrumpantur in aliquâ ſuâ parte, tamen ſecundùm totam ſui molem non poſſunt corrumpi, quia quantum vnius elementi deperditur ex vnâ parte, tantumdem reſtauratur ex aliâ. Mixta, licèt corrumpantur, tamen ad corruptionem vnius neceſſariò ſequitur generatio alterius; ergò hæc omnia quoad ſubſtantiam ſunt in æternum duratura: ſed in his conſiſtit Mundus; ergo Mundus quoad ſubſtantiam in æternum durabit. Rurſùs homines, & Angeli, Cælum quod eſt ſedes Beatorum, Terra in cuius centro eſt carcer damnatorum, durabunt quo-

ad

ad ſubſtantiam in æternum; ergò Mundus quoad præcipuas ſui partes ſubſtantiales durabit in æternum.

Dico II. De facto tamen non durabit Mundus in hoc ſtatu, in quo eſt; ſed accidentaliter immutabitur.

Probatur ex ſacris paginis: nam 2. Petri 3. *Adueniet dies Domini, in quo Cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur. Terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.* Apoc. 21. *Et dixit qui ſedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Item cap. 21. *Vidi Cælum nouum, & terram nouam: primum enim Cælum, & prima terra abijt.* Rurſus Iſaiæ 30. dicitur, quod lux Lunæ erit ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſemptempliciter. Et cap. 65. *Ego creo Cælos nouos, & terram nouam*: & cap. 66. *Non recedet vltra Sol, nec Luna minuetur*: ſed vt vidimus, hæc non poſſunt intelligi de corruptione Mundi quoad ſubſtantiam; ergò intelligenda ſunt quoad accidentia.

Obijc. Si paulatim perirent rerum ſpecies, non eſſet Mundus quoad ſubſtantiam duraturus in æternum: ſed hoc fieri videmus; nam, cum homines initio Mundi eſſent eximiæ magnitudinis, & longiſſimæ ætatis, iam ad breuiorem ſtaturam & ætatem redacti ſunt; ergò tandem, labentibus ſæculis, ita minueretur

tur vt ad nihilum redigeretur. Ruſſùs ædificia antiquitùs in montibus fabricata, vt patet in Capitolio, cum haberent fundamenta altè in terram effoſſa, nunc apparent fundamentis nudatis; ergò ſignum eſt, terram paulatim deprimi, & conſumi; ergò quoad ſubſtantiam non ſunt duraturæ in æternum, partes Mundi.

Reſp. Nego Minorem; nam pluſquàm à duobus millibus annorum ſcimus ex veterum monumentis homines eamdem & vitæ & magnitudinis menſuram ſeruare; quod autem initio Mundi diutiùs viuerent, fiebat ex ſpeciali Dei prouidentiâ qui eorum vitam ita protrahebat, vt citiùs vniuerſa terræ facies habitaretur. Verum eſt, deprimi montes, ſed non propterea conſumitur terra; quantùm enim illi deprimuntur tantudem ſubiectæ valles aſſurgunt, quare, quæ in valle Capitolio ſubiecta erant ædificia, iam tota ſubtùs terram altius aſſurgentem cõtecta reperiuntur; terra enim non conſumitur, ſed ex vno in alium locum transfertur.

QVÆSTIO IV.
Quodnam ſit ſyſtema Mundi.

NOmine ſyſtematis intelligitur coordinatio præcipuarum Mundi

partium, elementorum ſcilicet, & Cælorum. Heraclitus Ponticus, Philolaus, & alij antiqui, quos ex recentioribus ſequuti ſunt Cheplerus, Gibertus, Longomontanus, Origanus, Galileus, & præcipuè Copernicus, à quo Copernicani nomen ipſorum ſyſtema, tanquam ab Anteſignano accepit, putarunt partes Mundi eſſe ita conſtitutas, vt in centro ſit Sol immobilis, vel ſaltem circumagatur tantùm circa ſe ipſum, vt hoc motu ſolares maculæ ſaluentur, circa Solem ſint Mercurius, Venus, & Globus elemẽtaris, circa quem voluatur Luna cæteris Planetis excentrica. Supra Sphæram elementarem ſint, Mars, Iuppiter, Saturnus, & deinde Firmamentum, ſeù Cælum ſtellarum fixarum omninò immobile, & in ipſo duodecim ſigna.

Moueri autem dicunt Planetas & Terram hoc pacto, videlicet, Mercurius, circa Solem immobilem, conficit ſuum circulum 80. diebus. Venus, ſupra Mercurium, abſoluit ſuam circulationem menſibus circiter 9. Terra cum cæteris elementis, ſupra Venerem, mouetur duplici motu; nempe annuo ab oriente in occidentem ſpatio vnius anni; & diurno, ſeù vertiginis, circa ſuum centrum ab occidente in orientem, ſpatio 24. horarum. Circa terram mouetur Luna

non

non habens idem centrum cum alijs Planetis, & conficiens ſuum circulum 29. diebus. Sequitur deinde Mars, cuius motus terminatur ſpatio duorum circiter annorum. Poſt Martem circumagitur Iuppiter annis 12. Vltimo loco voluitur Saturnus ſuum peragens curſum annis 30. Patent hæc in Figurâ I.

Ptolæmeus, quem omnes ferè veteres ſecuti ſunt, quia nondùm obſeruauerant ea, quæ obſeruata poſterioribus ſæculis explicari minimè in tali ſententiâ posſunt, omnes Planetas & Cælos concentricos facit, ſingulis Planetis ſolidos Cælos aſſignans; vt innuit Figura II.

Tycho Brahe recentiorum Aſtronomorum facilè Princeps, cum obſeruaſſet, ope tubi grandioris, Solem & Lunam tantùm habere terram pro centro, reliquos verò Planetas habere pro centro Solem, & circa ipſum moueri Mercurium & Venerem, ac modo infra, modo ſupra orbem Solis eſſe, ne orbes concentricos, & excentricos, epyciclos, & alia multiplicaret, quibus etiam admisſis non benè explicantur cæleſtia phænomena, vt patebit infra, liquidum dixit totum Cæli corpus, quod à regione elementari ad Firmamentum vſquè protenditur. Firmamentum deinde ſeù Cælum ſtellarum fixarum, & Empyreum

ſolidos affirmauit. Patet hoc in Figurâ III.

Syſtema Copernicanum his præcipuè fundamentis nititur. Illud ſyſtema eſt admittendum, quod explicat omnia phænomena, & magis congruit naturis rerum: ſed hoc facit ſyſtema Copernici, ergò &c. Minor quoad priorem partem eſt indubitata apud Aſtronomiæ peritos; quoad ſecundam probatur; quia Sol & Firmamentum non indigent terrâ, cum tamen terra ipſis indigeat; ergò ſicuti cæteri Planetæ mouentur circa Solem, quia ipſo indigent, ita & circa Solem terra moueri debet; ſicuti enim ridiculum eſſet dicere, ignem debere circumagi circa carnem aſſandam, non verò carnem circa ignem, ita eſt ridiculum dicere, terram, quæ veluti aſſanda & calefacienda eſt à Sole, non debere circa ipſum moueri. Rurſùs terra eſt ignobilior & minor Sole ac Firmamento: ſed congruentius eſt minora & ignobiliora moueri circa maiora & nobiliora, quàm è contra; ergò &c. Deniquè marinus æſtus in hoc ſyſtemate per motum terræ facillimè explicatur, cum in alijs ſententijs vix poſſit aſſignari probabilis coniectura de ipſius cauſâ. Nihilominus.

Dico. Syſtema copernicanum nullo pa-

pacto eſt admittendum.

Prob. Quia non eſt admittendum illud ſyſtema, quod aduerſatur teſtimonio illius, qui Mundum ipſum condidit: ſed tale eſt ſyſtema copernicanum; ergò &c. De maiori nullum poteſt eſſe dubium; in omni enim opere ſtandum eſt potiùs teſtimonio Artificis, qui ipſum fecit, quàm alienis quibuſcumque ſpeculationibus. Minor patet ex diuinâ ſcripturâ, quæ Pſalmo 10. inquit. *Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Eccleſiaſtæ 1. *Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, gyrat per meridiem, & flectit ad aquilonem.* Ioſue 10. imperauit Ioſue Soli, ne moueretur. Item Iſaiæ 38. dicitur, Sol reuerſus decem lineis per gradus, quos deſcenderat.

Reſpondent ad hæc Copernicani, non eſſe litteraliter accipienda, ſed methaphoricè, & ſecundùm communem & vulgarem intelligendi modum, vt alia in diuinis ſcripturis ſolent accipi.

Sed contra. Quia tunc ſolùm recedi poteſt à ſenſu litterali diuinæ ſcripturæ, quando talis ſenſus aliquod abſurdum innolueret, aut conuincens ratio militet in contrarium: ſed in hoc caſu nihil horum adeſt; ergò &c. Minor patet; nam admiſſâ immobilitate terræ, &

mobilitate Solis ac Firmamenti, vt admittitur in ſyſtemate Tychonis, nullum poteſt abſurdum aſſignari, cum omnia phænomena optimè explicentur. Nec rationes adductæ à Copernicanis vllo modo conuincunt, quod de facto Mundus ita conditus ſit, ſed ad ſummum, quod ita potuerit condi; ergò in allatis ſcripturæ teſtimonijs non eſt à ſenſu litterali recedendum. Confirmat hoc ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ irrefragabilis authoritas, quæ ſub Paulo V. copernicanam opinionem vt diuinæ ſcripturæ contrariam proſcripſit, & poſtea eamdē S.Cōg.S.Officij ſub Vrbano VIII. iterum omninò damnauit. Plures phyſicæ rationes paſſim à multis congeruntur contra Copernicanos, quæ cum non magni roboris videantur, hîc conſultò prætermittuntur.

Sed vt oſtendamus nullam ex rationibus copernicanis eſſe conuincentem, reſpondendum eſt ad I. Ex eo quod in aliquo ſyſtemate ſaluentur omnia phænomena, non rectè concludi, quod de facto ita ſit, ſed quod potuerit ſic eſſe; ſicuti cum videmus duo horologia eiuſdem horarum apparentias oſtendere, non benè concluderemus, illa eſſe eiuſdem ſtructuræ, cum conſtet conſimillimum effectum præſtari ab horologijs ſtru-

ſtructuræ omninò inter ſe diuerſæ, ſed tãtùm, rectè deduceremus, poſſe eſſe eiuſdem ſtructuræ, quare vt concludamus aliquod opus, ita de facto eſſe, requiritur vt nonmodò ſaluentur omnia phænomena, ſed etiam, quod ſaluetur authoritas Artificis, qui opus conſtruxit; cum ergò in copernicano ſyſtemate, licèt ſaluentur phænomena, non ſaluetur autoritas Artificis Mundi, quæ tamen omnia optimè ſaluãtur in Tychoniano, propterea hoc admittendum eſt, illud verò repudiandum. Ad II. Terra indiget Sole & Firmamento, non per ſe, & ratione ſui, ſed vt frugifera & vtilis reddatur homini, cuius eſt habitatio, & in cuius vtilitatem ac famulatum omnia ſenſibilia cõdita ſunt, iuxta illud Pſalmi, *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*; ſicuti ergò eſſet incongruum, quod Dominus circa famulos moueretur, ita incongruum eſt, quod homo cum terrâ circa Solem & Firmamentum moueatur. Ex quibus patet diſparitas de carne aſſandâ per ignem, & de terrâ calefaciendâ per Solem; nam nec caro, nec in ipſâ carne aliquod eſt, quod ſit finis ignis, at in terra eſt homo qui eſt finis Solis & Firmamenti. Ad III. patet ſolutio ex dictis; licèt enim terra præciſè ſecundùm ſe ſpectata, ſit ignobilior Sole & Firma-

mento; tamen ſpectata vt habitatio hominis eſt, ipſum Solem & Firmamentum antecellit. Ad IV. In primis,ſicuti diximus, quòd ſaluatis omnibus phænomenis cæleſtibus adhuc non rectè concluditur, ſyſtema Mundi eſſe copernicanum, ita etiam dato, quod ſaluaretur æſtus marinus, non rectè deduceretur motus terræ,ſed ſolum eius poſſibilitas. Nihilominus dico, non explicari per motum terræ æſtum marinum; nam ſi marinus æſtus proueniret à motu terræ, deberet ſeruare eaſdem periodos, ac motus terræ, & ſic eisdem horis qualibet die fieri:ſed nõ ſeruat huiuſmodi horas imò conformatur ita periodis motus lunaris, vt ad amuſſim horas talis motus ſequatur; ergò non motui terræ, ſed Lunæ tribuendus eſt. Concluditur ergò repudiari merito ſyſtema copernicanum ſicuti nec poteſt admitti Ptolæmaicum, quia per hunc non poſſunt ſaluari phænomena, vt experientia demonſtrat, nec vllus iam dubitare poteſt. Quare Tychonianum iuſtè retinetur, cum & phænomenis explicandis, & ſacræ ſcripturæ teſtimonijs optimè congruat.

IN SECVNDVM Ariſtotelis Librum de Cælo

DISPVTATIO I.

POſquàm in hoc libro tractauit Philoſophus de circulari corpore, de Cæleſtium ſubſtantiâ ſecundo loco diſſeruit, & poſtremo terreſtrẽ ſphæram expoſuit. Ad quæ priuſquàm deueniamus, numerum Cælorum & eorundem fluiditatem aut ſoliditatem explanare cenſemus.

QVÆSTIO I.
Quot ſint Cæli.

VAriæ ſunt de numero Cælorum ſententiæ. Aliqui enim vnicum Cælum admittunt, in quo ſtellarum aliquæ fixæ dicantur, quia inter ſe eandem ſemper diſtantiam & ordinem ſeruent, aliæ verò dicantur errantes, vt ſunt Planetæ, quia & inter ſe, & à ſtellis fixis habent aliquandò maiorem, aliquandò minorem diſtantiam. Hæc opinio, præter alia abſurda, inuoluit, quod maximũ eſt, nempè diſſonantiam à ſacris paginis pluralitatem Cælorum affirmantibus, quod à Chriſtiano Philoſopho ab-

eſſe omninò neceſſe eſt, ne veluti noctua cæleſti caligat in lumine. Alij cum Ariſtotele octo admiſerunt, videlicet, præter ſeptem planetarios, Firmamentum. Alij addentes his Cælum Empyreum, nouem excogitarunt. Alij inter Firmamentum & Empyreum, ponẽtes primum Mobile, ſeu Cælum cryſtallinum, ſic dictum à ſimilitudine transparentiæ cum cryſtallo, crediderunt decem. Alij dicentes dari motum trepidationis à ſeptentrione ad meridiem & è contra, & ſimiliter ab ortu ad occaſum & è contra, ad hos duos motus ſaluandos addidère duos alios Cælos, & ſic duodecim poſuerũt.

Dico. Tres tantùm dantur Cæli, videlicet, Planetarium vnum, Firmamentum, & Empyreum.

Prob. Quia tot & non plures admittendi ſunt Cæli, quot ſufficiunt ad ſaluanda omnia phænomena, & veritatem diuinæ ſcripturæ: ſed tres tantum ſufficiunt; ergò tres tantum admittendi ſunt. Maior fundatur in illis axiomatibus; *Non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate. Deus & natura nihil faciunt fruſtra.* Minor probatur; quia motus diurnus ab oriente in occidentem ſaluatur per motum Firmamenti, quod includens Cælum Planetarum ipſum cum Planetis eodem impetu rapit. Motus

Pla-

Planetarum, maior vel minor diſtantia eorundem nunc ad inuicem, nunc à punctis fixis, & à ſtellis Firmamenti, optimè explicatur, dicendo, Planetas moueri in Cælo fluido, vt piſces in aqua. Motus trepidationis ſaluatur per hoc, quod vt patet experientiâ in corpore circulari, non repugnat, imò in artefactis datur motus trepidationis ſupra ſuos polos cum motu circulari ab oriente in occidentem & è contra. Veritas diuinæ ſcripturæ etiam optimè in hac ſententiâ elucet, nam Geneſis 1. trium tantum Cælorum fit mentio, dum enim dicitur Deus primâ die creaſſe Cælum, intelligitur ex communi PP. doctrinâ de Cælo Empyreo, quod eſt ſedes immobilis Beatorum. Deinde dicitur creaſſe Firmamentum, in quo poſuit ſtellas, ſcilicèt, fixas & verũ eſt, etiam creatum fuiſſe Cælum, in quo ſunt Planetæ. Rurſùs D. Paulus inquit *ſe raptum fuiße ad tertium Cælum*, & illud fuiſſe Empyreum conſtat, ait enim fuiſſe *Paradiſum vbi audiuit arcana verba:* ſed Empyreum, ſeù Paradiſus eſt vltimum Cælum; ergò tres tantum admittendi ſut Cæli.

Quæres; an omnes Cæli ſint fluidi, vel ſolidi?

Reſp. Solum Cælum planetarium eſt fluidum, reliqui duo, Firmamentum ſci-

licet, & Empyreum ſunt ſolidi. Ratio fluiditatis admittendæ in planetario eſt, quia obſeruant cum Tychone recẽtiores Aſtronomi, quòd Mars aliquando ſupra, aliquando infra Solem viſus eſt, Mercurius, & Venus, aliaque ſydera errantia circa Solem, nec nõ circa Iouem, & Saturnum, vario, & irregulari motu moueri certiſſimum eſt. Cometæ ſimiliter multi ſupra Solem & Lunam obſeruati tenuerunt curſus proſus diſſimiles ab alijs syderibus: ſed hæc & alia ſimilia explicari non poſſunt ſinè corporum penetratione, vel niſi multiplicentur orbes excentrici & eplicycli, ſeù canales obliqui, per quos ferantur [quod à Philoſopho admittendum non eſt, qui entia ſine neceſſitate multiplicare non debet] niſi dicatur, Cælum planetarium eſſe fluidum; ergò iure fluidum dicitur. Ratio, cur reliqui duo ſolidi dicantur, eſt; quia ſtellæ Firmamenti, eamdem ſemper diſtantiam, tùm inter ſe, tum à punctis terræ fixis ſeruant, ipſumque nomen *Firmamentum* firmitatem ſeù ſoliditatem ſignificat. Denique Iob dicuntur, Cæli *ſolidiſſimi, & quaſi ære fuſi*; ſed hæc non ſunt intelligenda de planetario; vt patuit; ergò de Firmamento, & Empyreo. Hinc facile intelligitur quomodò ſupra Firmamentum, ſcilicet, quia ſolidum

dum

dum eſt, detineantur aquæ, de quibus tùm in Geneſi, *diuiſitque aquas ab aquis*, tùm Pſalmo 148. *Aquæ omnes, quæ ſupra Cælos ſunt, laudent nomen Domini*, & Danielis 3. ſermo eſt.

QVÆSTIO II.
Vtrùm Cæli conſtet ex materia, & forma.

SVpponendum eſt cum communi ſententiâ, Cælum nec eſſe elementum, nec conſtare ex elementis, ſed eſſe quintum quoddam corpus ſimplex, ſicuti ſimplicia ſunt in ſe ipſa elementa. Ratio eſt I. quia elementis eſt connaturalis motus ad medium ſi grauia ſint, vt patet in aqua, & terra; vel à medio, ſeù surſum, ſi leuia ſint, vt patet in aere & igne: ſed Cælo nullus ex his motibus eſt connaturalis, ſed tantum motus circa medium; ergò Cælum non eſt elementum. II. Corpori mixto ex elementis competit, ſeù connaturalis eſt, motus mixtus: ſed Cælo competit motus ſimplex, qualis eſt circularis; ergò Cælum non eſt corpus mixtum, ſed ſimplex, atque adeò, præter quatuor elementa, quæ corpora ſimplicia dicuntur comparatiuè ad mixta, Cælum erit quintum corpus ſimplex. His ſuppoſitis.

Auer-

Auerroes, & cum ipſo Durandus cenſent, Cælum ita eſſe corpus ſimplex, vt materiam & formam non includat. Intelligunt autem nomine corporis ſimplicis ſubſtantiam completam, diuiſibilem entitatiuè, & per ſe poſtulantem dimenſiones impenetrabiles.

Dico. Cæli conſtant ex materia, & forma ſubſtantiali.

Prob. Quia ea, quibus competunt proprietates corporum conſtantium ex materiâ & formâ ſubſtantiali, conſtant ex materiâ & formâ ſubſtantiali: ſed Cæli ſunt huiuſmodi; ergò &c. Minor probatur ſic: quia proprietates corporum conſtantium ex materiâ & formâ ſunt motus ſenſibilis, exigentia quantitatis, figuræ, & ſenſibilium accidentium: ſed patet ad ſenſum hæc omnia competere Cælis; ergò &c.

Quæres; an materia Cælorũ ſit eiuſdẽ rationis cum materiâ ſublunarium?

Reſp. Affirmatiuè. Ratio eſt, quia nulla eſt neceſſitas ponendi diuerſam materiã in Cælis ac in ſublunaribus; ergò &c. Antecedens probatur; quia ſi qua poſſet aſſignari neceſſitas, eſſet præcipuè quia Cæli ſunt nobiliores ſublunaribus, & quia ſunt incorruptibiles; ſed hoc non obſtat; ergò nulla eſt neceſſitas. Minor patet; nam homo eſt incomparabiliter

nobilior

nobilior inferioribus ſubſtantijs, & tamen habet materiam eiusdem rationis cum ipſis: ſed cæleſtia corpora ſũt ignobiliora homine, imò, vt fatẽtur Aduerſarij, quouis alio viuente, cum ſint non viuentia; ergò multò magis ipſa habebunt materiam eiuſdem rationis cum homine, & cæteris ſublunaribus. Nec etiam obſtat incorruptibilitas, quia hæc non probatur ab Aduerſarijs, ſed ſupponitur in Cælis, quos ex propriâ naturâ eſſe corruptibiles nullum eſt inconueniens, licèt proximè non detur agens naturale fortius ipſis, atque adeò ſint proximè incorruptibiles; ergò &c.

Obijc. I. Cum Auerroe. Materiam in aliquo colligimus ex generatione & corruptione: ſed in Cælis neque generatio eſt neqne corruptio; ergò nec materia. Confirmatur; quia *Ariſt. 9. Metaph. Tex. 11.* dicit, in æternis & incorruptibilibus non eſſe potentiam, ſcilicèt materiam primam: ſed Cæli ſunt huiuſmodi, ergò &c.

Reſp. Non colligi materiam ex ſolâ generatione & corruptione, ſed etiam ex proprietatibus competentibus corpori materiali, quæ, cum reperiantur in Cælo, conſonum eſt in ipſo affirmare materiam. Ad confirmationẽ dico, ibi Philoſophum intelligere, quod in æter-

nis numquam fuit potentia ad exiſtendum, quia ſemper habuerũt exiſtentiam, & ſic ſemper fuerunt in actu, non autem loquitur ibi de materiâ primâ.

Obijc. II. Materia Cæli reſpicit formam inamiſſibiliter, materia verò ſublunaris reſpicit amiſſibiliter; ergò ſunt diuerſæ rationis. Conſequentia probatur; quia eſſe materiæ conſiſtit in reſpectu ad formas; ergò ſi reſpectus ſunt diuerſi, etiam materiæ ſunt diuerſæ.

Reſp. Nego primam partem antecedentis; nam æquè poteſt materia Cæli ex parte ſui amittere propriam formam, ac amittere poteſt ſuas materia ſublunaris; quod autem adhuc non amiſerit, nec ſit amiſſura, non prouenit ex ipſâ materiâ, ſed ex eo quod, cum Cælum ſit agens ſuperioris virtutis, præ omnibus alijs agentibus naturalibus, non habet, nec habebit fortaſſe contrarium, quod ipſius virtutem ſuperet, ac materiam illâ formâ ſpoliet, ſicuti corpora Beatorum glorioſa nunquam amittent per æternitatem proprias Animas, non quia ipſorum materia illas inamiſſibiliter reſpiciat, ſed quia cum dotibus glorioſis eam accipiunt virtutem, quæ nulli agentium naturalium virtuti ſubeſt, ac proinde ab ipſis nequit eorum materia ſuâ formâ ſpoliari.

Obijc.

Obijc. III. Materia Cæli expletur per formam, quam habet; materia verò ſublunaris per nullam formam expletur, quia ſemper remanet in potentiâ ad alias; ergò ſunt diuerſæ rationis.

Reſp. Nego ſecundam partem antecedentis; quia eodem prorſùs pacto, quo materia cæleſtis expletur, ideſt, facit vnũ per ſe cum formâ, quam habet, & in ſenſu compoſito illius nequit recipere aliam; ita materia ſublunaris facit vnum per ſe cum formâ, qua informatur, & in ſenſu compoſito nequit aliam recipere. Si autem intelligat Aduerſarius materiam Cæli ita expleri per ſuam formam, vt in ipſâ non relinquatur potentia ad aliam accipiendam in ſenſu diuiſo, negatur, quòd hoc pacto expleatur; nam etiam materia Cæli, ſi ſpolietur formâ, quam habet, poteſt aliam recipere: quod autem de facto non detur agens illam potens naturaliter ſpoliare, non arguit ipſam non habere potentiam ad alias formas, vt dixi de materiâ corporum Beatorum.

QVÆSTIO III.

Vtrum Cæli ſint animati aut à propria forma moueantur?

EX illis, qui Cælos moueri ab intrinſeco dixerunt, aliqui talem motum

tum animæ, qua ipſos volebant informari, tribuerunt, Alij non animæ, ſed propriæ illorum formæ adſcribendum motum putarunt, ſicuti formæ lapidis tribuitur motus deorſum, formæ ignis motus ſurſum.

Dico I. Cæli non ſunt animati, ac proinde ab animâ non mouentur.

Prob. Quia anima, quæcumque ſit, eſt actus corporis phyſici organici, potentiâ vitam habentis; ergò ibi eſt anima, vbi eſt organizatio, & potentia vitalis: ſed nec organizationis, nec potentiæ vitalis vllum ſignum apparet in Cælo; ergò in ipſo non eſt anima. Minor probatur; quia Cælum eſt homogeneum, cum tamen organizatio conſtituatur per partes heterogeneas, nec adhuc vllum ſignum præbuit nutritionis, ſenſationis, & intellectionis; ergò &c.

Dico II. Cæli non mouentur à propriâ formâ, ſed ab Intelligentijs aſſiſtentibus.

Prob. Quia, vt diximus agentes de motu in phyſicâ, motus naturalis eſt actus imperfecti, ideſt rei per motum tendentis ad perfectionem, in qua quieſcat: ſed motus Cælorum non eſt huiuſmodi; ergò non eſt naturalis, ſcilicet à principio intrinſeco. Maior eſt certa;

mo-

motus enim naturalis, ſ. ù ab intrinſeco, eſt ex ſe via ad terminum; natura enim ſemper intendit per motum res ponere in termino. Minor probatur; quia motus Cælorum vtpote circularis nullum reſpicit terminum; ergò &c.

Dices, motum illum procedere ex inclinatione naturali Cælorum ad applicandas varijs Mundi partibus influentias, per quas ad ſublunarium generationes concurrunt.

Sed contra. Ad huiuſmodi applicationem influentiarum æquè concurrerent Cæli, ſi mouerentur ab occidente in orientem, ac è contra, ſi Sol oriretur in parte occidentali, ac in orientali, vel meridionali; ergò non eſt aſſignabile cur potius illa virtus intrinſeca mouens moueret ad vnam quàm ad aliam partem. Confirmatur; quia motus naturalis fit ſemper eodem modo, ad eumdem locum, & per lineam breuiſſimam: ſed motus Planetarum, & præſertim Martis eſt flexuoſus, nec ſemper eodem modo, nec ad eumdem fit locum; ergò non eſt naturalis; ergò ſupereſt quod ſit à principio extrinſeco, ſcilicèt, vel à Deo, vel ab Intelligentiâ talem motum determinante & dirigente: ſed Deus, licèt poſſit per ſe, & ſine alterius miniſteriores gubernare, conſueuit tamen

ad

ad maiorem ſuæ bonitatis oſtenſionem non ſolus preſtare, quæ per aliquas creaturas fieri poſſunt; ergò veriſimilius eſt, motum cæleſtium efficere per Intelligentias ſeù Angelos. Accedit ad hæc ita magni nominis Philoſophos cum Ariſtotele ſemper ſenſiſſe & hanc vnanimem PP. opinionem fuiſſe, cui non parum videtur fauère locus ille Iob, *Sub quo curuantur, qui portant orbem*, ideſt, Angeli orbem mouentes.

Obijc. I. Omne corpus naturale habet in ſe principium ſui motus; ergò cum Cælum ſit corpus naturale, habet principium ſui motus. Confirmatur; quia elementa, & mixta, quæ ſunt Cælo inferiora, habent in ſe princium ſui motus localis; ergò multò magis Cælum.

Reſp. Diſtinguo Antecedens; principiū ſui motus, ideſt alicuius motus, nempe ſuarum proprietatum, & operationū, concedo; motus cuiuſcumque, nego. Cælum ergò vt corpus naturale eſt principium ſuarum proprietatum, & operationum, ſcilicet lucis, caloris, influentiarum, & ſimilium, non autem ſui motus localis. Ad confirmationem conceſſo antecedenti, nego conſequentiam, & paritatem; elementa enim & mixta poſſunt eſſe extra locum ſibi connaturalem, ac proinde habere debuerunt

in ſe

in ſe principium motus, quo ſe ad locum ſibi connaturalem reducant, ſi ab ipſo remoueantur: at Cælum à propria ſede dimoueri nequit, ac proinde indebitum eſt ipſi intrinſecum ſui motus localis principium.

Obijc. II. Saltem debet Cælum immediantè moueri à Deo; ergò &c. Antecedens probatur; quia primus motus debet procedere à primo motore: ſed motus Cæli eſt primus motus; ergò debet procedere à primo motore.

Reſp. In primis ex eo, quod primus motus debeat procedere à primo motore, non deducitur, quòd debeat procedere immediatè, ſed ſatis eſt, ſi procedat mediatè. In formâ negato antecedenti, diſtinguo maiorem probationis; motus primus debet ſimpliciter procedere à primo motore immediate, tranſeat; motus primus ſecũdùmquid, nego. Motus Cæli non eſt primus ſimpliciter, ſed primus tantùm motuum corporeorum, & ſenſibilium; nam motus primus ſimpliciter eſt ille, quo vi amoris mouetur Intelligentia à primo motore vt à bono ſummè amato ad ipſi perfectè in omnibus obediendum, & ad Cælos mouendos, qui motus immediatè à primo motore procedit.

QVÆSTIO IV.

Vtrum corpora cæleſtia agant in hæc inferiora per influentias.

NVllus eſt, qui neget cæleſtia corpora, per lucem & calorem agere in hæc inferiora, illorumque motum, eſſe conditionem, ſeu medium, quo tales virtutes inferioribus applicantur. Dubitari tantùm ſolet, an præter lucem & calorem, dentur in illis aliæ qualitates, quæ influentiæ dicuntur. Negant illas cum Pico Mirandulano nonnulli ex neotericis, ea ſolum aſſueti admittere, quæ oculis inſpicere valent. Admittunt tamen communiter ſapientiſſimi Philoſophorum.

Dico. Corpora cæleſtia non ſolùm per lucem & calorem; ſed etiam per influentias agunt in hæc inferiora.

Prob. Quia plures producuntur à cæleſtibus corporibus effectus, qui nec lumini, nec calori adſcribi poſſunt; ergò debent adſcribi alijs virtutibus diſtinctis à lumine & à calore, quas virtutes appellamus influentias. Antecedens patet experientiâ; nam cæleſtium virtute generantur in terræ viſceribus metalla & foſſilia, fit æſtus marinus, excitantur venti & tempeſtates, augentur aut

leuan-

leuantur morbi, prout deteriores, aut mitiores ſyderum concurſus, coniunctiones, & aſpectus habentur: ſed hæc luci & calori adſcribi non poſſunt; ergò &c. Minor probatur; quia lux & calor ſunt virtutes determinatæ ad vnũ; & eodem tempore, loco, & ijſdem circunſtantijs habent vnum eumdemque producere effectum: ſed eodem tempore, & loco, ijsdemque circunſtantijs ſimul cum vno metallo, v. g. auro, plura alia diuerſæ ſpeciei generari conſtat; ergò nequit talis generatio adſcribi luci & calori, præſertim cum in profundiſſima terræ viſcera nullum cæleſtium lumen, nulluſque penè calor penetret, ſed maximum exuperet frigus: æſtus marinus fit vehementiſſimus etiam frigidiſſimâ tempeſtate, & quando Sol & Luna, vel nullum, vel perexiguum lumen in mare diffundunt: venti & tempeſtates excitantur in ortu, occaſu, vel coniunctione, peculiarium ſyderum, cum tamen non excitentur in maximo calore & luce, ſiue Solis, ſiue aliorum ſyderum; idemque fit de morbis; ergò hi, alijque plurimi effectus ſimiles debent adſcribi alijs cæleſtium corporum virtutibus, ſeu influentijs. Confirmatur quia nullus ignorat maximam varietatem motuum in Planetis, varias ipſorum coniunctiones,

&

& aſpectus cum cæteris ſyderibus: ſed hæc tàm varia & diuerſa phænomena non ad ſolum lumen & calorem, ſed ad varias & diuerſas virtutes diffundendas, & ſublunaribus applicandas, fuiſſe inſtituta, veriſimile eſt; nam lucem & calorem, etiam ſine ipſis phænomenis, abundè diffunderent; ergò præter lucem & calorem, aliæ quoque virtutes in cæleſtibus reperiuntur. Denique in ſublunaribus, e. g. in herbis, plantis, lapidibus, animalibus, & alijs, plurimæ ſunt virtutes, quæ nec lux nec calor ſunt, vtpote exiſtentes in corporibus, luce & calore deſtitutis, fuitque neceſſaria hæc virtutũ diuerſitas, vt ſublunaria inſeruirent homini, in cuius bonum fuêre creata: ſed in bonum eiuſdem hominis nobiliori modo condita ſunt, & de facto mouentur corpora cæleſtia; ergò ipſis multo magis concedendæ ſunt virtutes à lumine & calore diſtinctæ. Nec ſapienti negocium faceſſere debent eorum clamores, qui cum Pico Mirandulano influentias aſtrum ignorantiæ appellant, nulla enim maior ignorantia eſt, quàm ignorare velle virtutes, quæ per proprios effectus, perpetuò, vel ipſis ſenſibus obuiæ, ignorari non poſſunt.

Quæres I. An aſtra agant in intellectum & voluntatem humanam?

Reſp.

Reſp. Eſt de fide aſtra directè non poſſe agere in intellectum & voluntatem humanam, ipſam flectendo & determinando ad aliquid abſolutè volendum, aut nolendum. Ratio eſt, quia humana voluntas eſt in ſe indifferens & libera, perfectumque habet dominium ſupra ſuos actus; ſed non eſſet huiuſmodi, ſi aſtra poſſent ipſam determinare, vt eſt manifeſtum; ergò &c. Poſſunt tamen agere indirectè, nimirum influendo directè in corpus, & excitando in ipſo maiorem bilis, ſanguinis, aut alterius humoris copiam, & ſic reddendo hominem procliuiorem ad iram, amorem, odium, triſtitiam, &c. Ratio eſt, quia pars ſuperior, ſeu voluntas, habet connexionem cum parte inferiori, ſeu ſenſitiua; ergò aſtra directè agẽdo in partem ſenſitiuam, agunt indirectè in rationalem, ſeu ſuperiorem.

Quæres II. An Aſtrologi futura poſſint certò præcognoſcere ex inſpectione ſyderum?

Reſp. Aſtrologi poſſunt certò præcognoſcere ortus & occaſus ſyderum, aſpectus & coniunctiones eorumdem, eclipſes, & ſimilia. Probabiliter poſſunt præcognoſcere morbos vniuerſales, pluuias, ſiccitates, ſterilitates, terræmotus, & alia huiuſmodi; nullo autem

C pacto

pacto ea, quæ ab hominis libertate pendent. Ratio primæ partis eſt, quia cæleſtium motus ſunt in ſua irregularitate conſtantiſſimi; ergò, quæ pendent ab ipſis poſſunt certò præcognoſci: ſed quæ primo loco enumerata ſunt, pēdent ſimpliciter à motibus Cælorum; ergò posſunt certò præcognoſci. Ratio ſecundæ partis eſt, quia effectus illi non pendent totaliter, & adæquatè ab aſtrorum virtute, ſed etiam à diſpoſitione ſublunarium, & à cauſis valentibus aſtrorum conatum impedire; ergò, vt certò & infallibiliter cognoſcerentur, deberent optimè cognoſci non modò virtutes aſtrorum, ſed etiam diſpoſitiones ſublunarium, & cauſæ valentes aſtrorum conatum impedire: ſed hoc vt plurimùm non fit: ergò non certò & infallibiliter, ſed probabiliter tantùm prædicta poſsūt præcognoſci. Ratio tertiæ partis eſt, quia vt dictum nuper fuit, actus liberi humanæ volūtatis nullo modo ſubſunt directè aſtrorum influxui; ergò ex aſtris non poſſunt præcognoſci; quare, meritò iudiciariam Aſtrologiam damnauit ſancta catholica Eccleſia, quam damnarunt etiā ſacræ paginæ, præſertī Iſaiæ, 41. vbi, ſoli Deo futurorum liberorum præcognitionem tribuentes, inquiunt, *Annuntiate quæ ventura ſunt, & ſciemus,*

quia

quia Dii eſtis vos.

Obijc. Aſtrologi aliquando futura libera verè prædixerunt; ergò ea certò præcognoſcunt. Confirmatur: quia Phyſiognomiam cum Ariſtotele ſapientes laudant; ergò &c.

Reſp. Tranſeat antecedens, & nego conſequentiam; quia ex mille, quæ effutiunt, mirum non eſt, quod aliquod verum fortuitò prænuncient, quare non procedit hoc ex eorum cognitione, ſed ex fortuita locutione. Ad confirmationem dico, laudari meritò Phyſiognomiam, non aſtrologicam, ſed phyſicam, illam ſcilicet, quæ ex temperamento, figurâ, lineamentis, voce, alijſque ſimilibus docet, quænam ſit indoles, ingenium, & inclinatio hominum; quia temperamentum eſt proxima cauſa, ex qua oriuntur ſecundæ illæ facultates, per quas homo benè vel malè diſponitur, & inclinatur ad operandum: quia tamẽ cum his omnibus homo plenum in ſuos actus dominium habet, propterea non poſſunt ipſi hominis mores & actus liberi futuri certò præcognoſci à Plyhiſiognomo, ſed tantùm poterit ſciri ad quænam ex vi temperamenti homo inclinatur.

QVÆSTIO III.

Vtrùm terra & aqua faciant vnum globum.

AQuam putarunt nonnulli diuerſum à terra conſtituere globum. Alij terræ ſuperficiem non eſſe rotundam, ſed planam aſſerentes, exiſtimarunt propterea non poſſe terram cum aquâ orbem vnum conſtituere.

Dico. Terra & aqua conſtituunt vnum globum, qui terraqueus vulgò nuncupatur.

Prob. I. Quia cum fit eclipſis Lunæ, aqua & terra vnicam efficiunt vmbram, ipſamque conicam: ſed hoc facere non poſſent, niſi vnum globum conſtituerent, vt eſt per ſe manifeſtum; ergò vnum globum conſtituunt. Confirmatur, quia dum nauis ex alto portum petit, priùs turrium cacumina, quàm baſes conſpiciuntur: ſed hoc nequit prouenire niſi ex rotunditate terræ & aquæ, vt patet in Figura IV. ergò &c.

Prob. II. Quòd terræ ſuperficies non ſit plana, ſed rotunda. Terra eſt in omni ſuâ parte habitabilis: ſed ſi plana eſſet eius ſuperficies, in pauciſſimis partibus eſſet habitabilis; ergò &c. Minor probat, quia in pauciſſimis partibus poſſent homines recti in terrâ conſiſtere; ergò

gò &c. Antecedens patet: nam, vt homines recti in terrâ conſiſtant, debet longitudo corporis ipſorum eſſe in lineâ directionis, ideſt perpendiculariter ferri ad centrum Mundi: ſed ſi terra eſſet plana, ij tantùm, qui eſſent in mediâ planitie, eſſent in linea directionis; ergò ij tantùm, ideſt pauciſſimi, recti in terrâ conſiſterent, vt patet in Figura V.

Aduertite tamen, rotunditatem terræ & aquæ non eſſe geometricam, ſed phyſicam; altitudines enim montium, & vallium depreſſiones, perfectiſſimam rotunditatem impediunt; imò mare ipſum ad extrema littora eſt depreſſius vniuerſâ terrâ, quæ habitatur; patet enim quòd ex omni terrarum parte progrediendo ad mare deſcenditur, omnia enim flumina à terrâ in mare prono curſu labuntur.

Obijc. Spectantibus à littore apparet mare attolli: ſed ſi faceret cum terrâ vnum globum, deberet potius apparere deprimi; ergò &c.

Reſp. Id oriri ex fallaciâ viſus, qui, vt experientiâ conſtat, cum aliqua ad longiorem diſtantiam attingit, ſolet ita inferiùs attollere, & ſuperiùs deprimere, vt licet parallela ſint, tamen coire videantur, vt coire cum terrâ nubes diſtantes apparent, quæ tamen ab ipſâ pluri-

mum eleuantur.

Quæres. Vtrum moles aquæ maior ſit mole terræ?

Reſp. Si aquam quoad faciem comparamus cum ſuperficie terræ habitabilis, certum eſt, ex Geographiâ, faciem aquarum eſſe ferè duplo maiorem ſuperficie terræ. At ſi totam molem ſecundum ſui profunditatem metiamur, eſt multò maior terræ moles, quàm aquæ. Patet clariſſimè; nam maxima maris profunditas vix eſt trium milliariorum, vt peritiſſimi nautæ bolide explorarunt; ſed vbicumque ſunt aquæ, ſubſternitur profunditas terræ incomparabiliter maior, & inſuper magna terræ pars non eſt aquis cooperta; ergò moles terræ longè maior eſt mole aquarum. Nec obſtat quod Philoſophus dixerit inter elementa quod inferiùs eſt, ſuperari à viciniori in proportione decupla; non enim ſignificauit, quòd elementa, prout Mundum conſtituentia, talem habeant proportionem, ſed ſolùm quòd quando elementum inferius traſmutatur in ſuperius, v.g. aqua tranſmutatur in aerem, erit plus decies moles aeris, quàm fuerat moles aquæ.

Pro complemento quæſtionis aduertite, terræ molem ſumptam, ſecundùm profunditatem, in tres præcipuè par-

partes, ſeu regiones diuidi. Prima eſt ea, quæ citima eſt ſuperficiei, ſegetibus & arboribus ſerendis accommodata: ſecunda eſt infra, in qua metalla generantur, & in qua exiſtunt meatus ſeù canales, per quos è mari permeant aquæ, fluminibus fontibusque generandis præterfluentes: in hac etiam ignes ſubterranei producuntur. Tertia eſt terra pura, quæ vſque ad centrum extenditur, vt manifeſtat Figura VI.

QVÆSTIO IV.

Quo pacto diuidenda ſit ſuperficies terræ vt habitabilis eſt?

TErrarum ſuperficiem, quatenùs habitatur, diuidere volentes, aliqua priùs noſſe debent de ſphærâ armillari, quæ plurimum ad geographicam cognitionem perfectè aſſequendam conducunt. Nec etiam Hydrographiam, ſeu marium deſcriptionẽ; ignorare debent; quia, cum vnus ex aquâ & terrâ globus conſtituatur, vt nuper dictum eſt, terreſtris ſuperficiei notitiam longè faciliùs acquirent, ſi aquarum terram circumſiſtentium extimam partẽ probè nouerit. Vt hæc omnia breui methodo complectar, varijs capitibus diſtinguere operæ pretium duxi.

QVÆSTIO IV.
Vtrum corpora cæleſtia agant in hæc inferiora per influentias.

NVllus eſt, qui neget cæleſtia corpora, per lucem & calorem agere in hæc inferiora, illorumque motum, eſſe conditionem, ſeu medium, quo tales virtutes inferioribus applicantur. Dubitari tantùm ſolet, an præter lucem & calorem, dentur in illis aliæ qualitates, quæ influentiæ dicuntur. Negant illas cum Pico Mirandulano nonnulli ex neotericis, ea ſolum aſſueti admittere, quæ oculis inſpicere valent. Admittunt tamen communiter ſapientiſſimi Philoſophorum.

Dico. Corpora cæleſtia non ſolùm per lucem & calorem; ſed etiam per influentias agunt in hæc inferiora.

Prob. Quia plures producuntur à cæleſtibus corporibus effectus, qui nec lumini, nec calori adſcribi poſſunt; ergò debent adſcribi alijs virtutibus diſtinctis à lumine & à calore, quas virtutes appellamus influentias. Antecedens patet experientiâ; nam cæleſtium virtute generantur in terræ viſceribus metalla & foſſilia, fit æſtus marinus, excitantur venti & tempeſtates, augentur aut

leuan-

leuantur morbi, prout deteriores, aut mitiores ſyderum concurſus, coniunctiones, & aſpectus habentur: ſed hæc luci & calori adſcribi non poſſunt; ergò &c. Minor probatur; quia lux & calor ſunt virtutes determinatæ ad vnũ; & eodem tempore, loco, & ijſdem circunſtantijs habent vnum eumdemque producere effectum: ſed eodem tempore, & loco, ijsdemque circunſtantijs ſimul cum vno metallo, v. g. auro, plura alia diuerſæ ſpeciei generari conſtat; ergò nequit talis generatio adſcribi luci & calori, præſertim cum in profundiſſima terræ viſcera nullum cæleſtium lumen, nulluſque penè calor penetret, ſed maximum exuperet frigus: æſtus marinus fit vehementiſſimus etiam frigidiſſimâ tempeſtate, & quando Sol & Luna, vel nullum, vel perexiguum lumen in mare diffundunt: venti & tempeſtates excitantur in ortu, occaſu, vel coniunctione, peculiarium ſyderum, cum tamen non excitentur in maximo calore & luce, ſiue Solis, ſiue aliorum ſyderum; idemque fit de morbis; ergò hi, alijque plurimi effectus ſimiles debent adſcribi alijs cæleſtium corporum virtutibus, ſeu influentijs. Confirmatur quia nullus ignorat maximam varietatem motuum in Planetis, varias ipſorum coniunctiones,

& aſpectus cum cæteris ſyderibus: ſed hæc tàm varia & diuerſa phænomena non ad ſolum lumen & calorem, ſed ad varias & diuerſas virtutes diffundendas, & ſublunaribus applicandas, fuiſſe instituta, verisimile eſt; nam lucem & calorem, etiam ſine ipſis phænomenis, abundè diffunderent; ergò præter lucem & calorem, aliæ quoque virtutes in cæleſtibus reperiuntur. Denique in ſublunaribus, e. g. in herbis, plantis, lapidibus, animalibus, & alijs, plurimæ ſunt virtutes, quæ nec lux nec calor ſunt, vtpote exiſtentes in corporibus, luce & calore destitutis, fuitque neceſſaria hæc virtutũ diuerſitas, vt ſublunaria inſeruirent homini, in cuius bonum fuêre creata: ſed in bonum eiuſdem hominis nobiliori modo condita ſunt, & de facto mouentur corpora cæleſtia; ergò ipſis multo magis concedendæ ſunt virtutes à lumine & calore diſtinctæ. Nec ſapienti negocium faceſſere debent eorum clamores, qui cum Pico Mirandulano influentias aſtrum ignorantiæ appellant, nulla enim maior ignorantia eſt, quàm ignorare velle virtutes, quæ per proprios effectus, perpetuò, vel ipſis ſenſibus obuiæ, ignorari non poſſunt.

Quæres I. An aſtra agant in intellectum & voluntatem humanam?

Reſp.

Reſp. Eſt de fide aſtra directè non poſſe agere in intellectum & voluntatem humanam, ipſam flectendo & determinando ad aliquid abſolutè volendum, aut nolendum. Ratio eſt, quia humana voluntas eſt in ſe indifferens & libera, perfectumque habet dominium ſupra ſuos actus; ſed non eſſet huiuſmodi, ſi aſtra poſſent ipſam determinare, vt eſt manifeſtum; ergò &c. Poſſunt tamen agere indirectè, nimirum influendo directè in corpus, & excitando in ipſo maiorem bilis, ſanguinis, aut alterius humoris copiam, & ſic reddendo hominem procliuiorem ad iram, amorem, odium, triſtitiam, &c. Ratio eſt, quia pars ſuperior, ſeu voluntas, habet connexionem cum parte inferiori, ſeu ſenſitiua; ergò aſtra directè agẽdo in partem ſenſitiuam, agunt indirectè in rationalem, ſeu ſuperiorem.

Quæres II. An Aſtrologi futura poſſint certò præcognoſcere ex inſpectione ſyderum?

Reſp. Aſtrologi poſſunt certò præcognoſcere ortus & occaſus ſyderum, aſpectus & coniunctiones eorumdem, eclipſes, & ſimilia. Probabiliter poſſunt præcognoſcere morbos vniuerſales, pluuias, ſiccitates, ſterilitates, terræmotus, & alia huiuſmodi; nullo autem

pacto ea, quæ ab hominis libertate pendent. Ratio primæ partis eſt, quia cæleſtium motus ſunt in ſua irregularitate conſtantiſſimi; ergò, quæ pendent ab ipſis poſſunt certò præcognoſci: ſed quæ primo loco enumerata ſunt, pēdent ſimpliciter à motibus Cælorum; ergò posſunt certò præcognoſci. Ratio ſecundæ partis eſt, quia effectus illi non pendent totaliter, & adæquatè ab aſtrorum virtute, ſed etiam à diſpoſitione ſublunarium, & à cauſis valentibus aſtrorum conatum impedire; ergò, vt certò & infallibiliter cognoſcerentur, deberent optimè cognoſci non modò virtutes aſtrorum, ſed etiam diſpoſitiones ſublunarium, & cauſæ valentes aſtrorum conatum impedire: ſed hoc vt plurimùm non fit: ergò non certò & infallibiliter, ſed probabiliter tantùm prædicta poſsūt præcognoſci. Ratio tertiæ partis eſt, quia vt dictum nuper fuit, actus liberi humanæ volūtatis nullo modo ſubſunt directè aſtrorum influxui; ergò ex aſtris non poſſunt præcognoſci; quare, meritò iudiciariam Aſtrologiam damnauit ſancta catholica Eccleſia, quam damnarunt etiā ſacræ paginæ, præſertī Iſaiæ, 41. vbi, ſoli Deo futurorum liberorum præcognitionem tribuentes, inquiunt, *Annuntiate quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia*

quia Dii eſtis vos.

Obijc. Aſtrologi aliquando futura libera verè prædixerunt; ergò ea certò præcognoſcunt. Confirmatur: quia Phyſiognomiam cum Ariſtotele ſapientes laudant; ergò &c.

Reſp. Tranſeat antecedens, & nego conſequentiam; quia ex mille, quæ effutiunt, mirum non eſt, quod aliquod verum fortuitò prænuncient, quare non procedit hoc ex eorum cognitione, ſed ex fortuita locutione. Ad confirmationem dico, laudari meritò Phyſiognomiam, non aſtrologicam, ſed phyſicam, illam ſcilicet, quæ ex temperamento, figurâ, lineamentis, voce, alijſque ſimilibus docet, quænam ſit indoles, ingenium, & inclinatio hominum; quia temperamentum eſt proxima cauſa, ex qua oriuntur ſecundæ illæ facultates, per quas homo benè vel malè diſponitur, & inclinatur ad operandum: quia tamẽ cum his omnibus homo plenum in ſuos actus dominium habet, propterea non poſſunt ipſi hominis mores & actus liberi futuri certò præcognoſci à Phyſiognomo, ſed tantùm poterit ſciri ad quænam ex vi temperamenti homo inclinatur.

QVÆSTIO III.

Vtrùm terra & aqua faciant vnum globum.

AQuam putarunt nonnulli diuerſum à terra conſtituere globum. Alij terræ ſuperficiem non eſſe rotundam, ſed planam aſſerentes, exiſtimarunt pro pterea non poſſe terram cum aquâ orbem vnum conſtituere.

Dico. Terra & aqua conſtituunt vnum globum, qui terraqueus vulgò nuncupatur.

Prob. I. Quia cum fit eclipſis Lunæ, aqua & terra vnicam efficiunt vmbram, ipſamque conicam: ſed hoc facere non poſſent, niſi vnum globum conſtituerent, vt eſt per ſe manifeſtum; ergò vnum globum conſtituunt. Confirmatur, quia dum nauis ex alto portum petit, priùs turrium cacumina, quàm baſes conſpiciuntur: ſed hoc nequit prouenire niſi ex rotunditate terræ & aquæ, vt patet in Figura IV. ergò &c.

Prob. II. Quòd terræ ſuperficies non ſit plana, ſed rotunda. Terra eſt in omni ſuâ parte habitabilis: ſed ſi plana eſſet eius ſuperficies, in pauciſſimis partibus eſſet habitabilis; ergò &c. Minor probat, quia in pauciſſimis partibus poſſent homines recti in terrâ conſiſtere; ergò

gò &c. Antecedens patet: nam, vt homines recti in terrâ conſiſtant, debet longitudo corporis ipſorum eſſe in lineâ directionis, ideſt perpendiculariter ferri ad centrum Mundi: ſed ſi terra eſſet plana, ij tantùm, qui eſſent in mediâ planitie, eſſent in linea directionis; ergò ij tantùm, ideſt pauciſſimi, recti in terrâ conſiſterent, vt patet in Figura V.

Aduertite tamen, rotunditatem terræ & aquæ non eſſe geometricam, ſed phyſicam; altitudines enim montium, & vallium depreſſiones, perfectiſſimam rotunditatem impediunt; imò mare ipſum ad extrema littora eſt depreſſius vniuerſâ terrâ, quæ habitatur; patet enim quòd ex omni terrarum parte progrediendo ad mare deſcenditur, omnia enim flumina à terrâ in mare prono curſu labuntur.

Obijc. Spectantibus à littore apparet mare attolli: ſed ſi faceret cum terrâ vnum globum, deberet potius apparere deprimi; ergò &c.

Reſp. Id oriri ex fallaciâ viſus, qui, vt experientiâ conſtat, cum aliqua ad longiorem diſtantiam attingit, ſolet ita inferiùs attollere, & ſuperiùs deprimere, vt licet parallela ſint, tamen coire videantur, vt coire cum terrâ nubes diſtantes apparent, quæ tamen ab ipſâ plurimum

mum eleuantur.

Quæres. Vtrum moles aquæ maior ſit mole terræ?

Reſp. Si aquam quoad faciem comparamus cum ſuperficie terræ habitabilis, certum eſt, ex Geographiâ, faciem aquarum eſſe ferè duplo maiorem ſuperficie terræ. At ſi totam molem ſecundum ſui profunditatem metiamur, eſt multò maior terræ moles, quàm aquæ. Patet clariſſimè; nam maxima maris profunditas vix eſt trium milliariorum, vt periti ſſimi nautæ bolide explorarunt; ſed vbicumque ſunt aquæ, ſubſternitur profunditas terræ incomparabiliter maior, & inſuper magna terræ pars non eſt aquis cooperta; ergò moles terræ longè maior eſt mole aquarum. Nec obſtat quod Philoſophus dixerit inter elementa quod inferiùs eſt, ſuperari à viciniori in proportione decupla; non enim ſignificauit, quòd elementa, prout Mundum conſtituentia, talem habeant proportionem, ſed ſolùm quòd quando elementum inferius traſmutatur in ſuperius, v.g. aqua tranſmutatur in aerem, erit plus decies moles aeris, quàm fuerat moles aquæ.

Pro complemento quæſtionis aduertite, terræ molem ſumptam, ſecundùm profunditatem, in tres præcipuè

par-

partes, ſeu regiones diuidi. Prima eſt ea, quæ citima eſt ſuperficiei, ſegetibus & arboribus ſerendis accommodata: ſecunda eſt infra, in qua metalla generantur, & in qua exiſtunt meatus ſeù canales, per quos è mari permeant aquæ, fluminibus fontibusque generandis præterfluentes: in hac etiam ignes ſubterranei producuntur. Tertia eſt terra pura, quæ vſque ad centrum extenditur, vt manifeſtat Figura VI.

QVÆSTIO IV.

Quo pacto diuidenda ſit ſuperficies terræ vt habitabilis eſt?

TErrarum ſuperficiem, quatenùs habitatur, diuidere volentes, aliqua priùs noſſe debent de ſphærâ armillari, quæ plurimum ad geographicam cognitionem perfectè aſſequendam conducunt. Nec etiam Hydrographiam, ſeu marium deſcriptionē ignorare debent: quia, cum vnus ex aquâ & terrâ globus coſtituatur, vt nuper dictum eſt, terreſtris ſuperficiei notitiam longè faciliùs acquirent, ſi aquarum terram circumſiſtentium cxtimam partē probè nouerit. Vt hæc omnia breui methodo complectar, varijs capitibus diſtinguere operæ pretium duxi.

BREVIS
IN VNIVERSAM SPHÆRAM
INTRODVCTIO,
SIVE

Coſmographiæ, Corographiæ Hydrographiæ, atque Geographiæ,

Perquàm Facilis

EXPLANATIO.

BREVIS
In Vniuerſam Sphæram
INTRODVCTIO.

CAPVT I.
De Sphæra armillari.

SPhæra armillaris ſic dicta, quia pluribus circulis armillam muliebrem imitantibus conſtat, eſt artificiale inſtrumentum rotundum, varijs circulis diſtinctum, quibus Cælorum motus & totius Mundi ratio commodè explicatur. **Comparata ſpæra ad varios terrarum orbis habitatores diuiditur in rectam, obliquam, & parallelam. Recta eſt reſpectu eorum, quorum horizon ſecat æquatorem ad angulos rectos, & ambo poli Mundi ſupra horizontem cadunt; ſic ſoli habitantes ſub æquatore, vt multi Aphricani, Americani, & ali-**

qui Aſiatici, ſpæram incolunt rectam. Obliqua eſt reſpectu eorum, quorum horizon ſecat æquatorem ad angulos inæquales, & alter ex polis eleuatur ſupra horizontem, alter verò ſub horizonte ſemper deliteſcit; ſic omnes habitantes zonas temperatas ſphæram obliquam habent. Parallela eſt reſpectu eorum, quibus alter ex polis Mundi eſt pro zenith, & alter pro nadir, & hi ſunt omnes habitantes ſub polis.

Centrum ſphæræ eſt punctum medium in ipſâ, à quo omnes lineæ rectæ ad circumferentiam ductæ ſunt æquales.

Axis eſt linea per centrum ducta, & ad polos vtrimque terminata.

Poli ſunt duo puncta axem terminantia.

Zenith eſt punctum vertici cuiuſcumque reſpondens.

Nadir eſt punctum in alterâ Cæli parte directè oppoſitum zenith, ſeù pedibus vniuſcuiuſque per lineam rectam reſpondens.

Circuli ſpæræ decem ſunt, ſcilicet ſex maiores, & quatuor minores. Maiores ſunt, qui ſpæram duas in partes æquales diuidunt, & habent cum ſphærâ idem centrum. Hi ſunt horizon, meridianus æquator, zodiacus, & duo coluri, alter ſolſtiziorum, alter æquinoctiorum. Mino-

nores ſunt, qui ſphæram diuidunt in partes inæquales, nec habent cum ſphærâ idem centrum, & ſunt tropicus cancri, tropicus capricorni, circulus polaris arcticus, & polaris antarcticus.

Ex circulis aſſignatis aliqui, ſcilicet horizon & meridianus, mutabiles ſunt; nam varij pro varietate Regionum deſignantur, ac propterea extra ſphæram ponuntur. Reliqui omnes ſunt immutabiles & fixi, quia reſpectu omnium Regionum ijdem deſignantur.

Quilibet circulus in trecentos ſexaginta gradus diuiditur, & quilibet gradus in ſexaginta minuta.

CAPVT II.

De circulis in particulari.

Horizon duplex eſt, alius aſtronomicus ſeu rationalis, alius ſenſibilis. Aſtronomicus eſt, qui per centrum Mundi tranſiens diuidit ſphæram æqualiter in duo hemiſphæria. Senſibilis, ſeu viſualis eſt, qui viſu noſtro definitur, terminatque ſpatium illud Cæli, quod remotis omnibus impedimentis poteſt vel in terrâ vel in mari, oculus noſter attingere, vt patet in Figurâ VII.

Poli horizontis ſenſibilis ſunt noſter zenith & nadir; quare pro varietate

Re-

Regionum variatur horizon.

Officia horizontis præcipua ſunt. I. Diuidere Cælum in duo hemiſphæria æqualia, alterum ſuperum alterum inferum. II. Determinare amplitudines ortiuas & occiduas. Pro quo ſciendum eſt, quòd verus oriens & occidens dicitur in punctis æquinoctialibus, ſcilicet in principio arietis & libræ, in quibus fiunt æquinoctia. Cum verò, exceptis talibus punctis, Sol oriatur & occidat ſemper vel verſus tropicum cancri, vel verſus tropicum capricorni, diſtantiæ illæ à punctis æquinoctialibus ad tropicos, vocantur amplitudines ortiuæ & occiduæ. Ortus & occaſus in tropicis ſunt oriens & occidens æſtiuum & hyemale: in æquatore verò oriens & occidens vernum & autumnale. III. Determinare quantitatē diei noctiſque artificialis. Pro intelligētia huius rei ſciendū eſt, diem aliam eſſe naturalem, aliam artificialem. Dies naturalis, qui & aſtronomicus dicitur, eſt ſpatium illud tēporis, quo Sol ab aliquo meridiano digreſſus ad eundem meridianum reuertitur, quod fit vbique terrarum interuallo 24. horarum æqualium, diemque ac noctem complectitur. Dies artificialis eſt mora, quam ab ortu vſque ad occaſum facit Sol ſupra horizontem, & quia quò

ma-

magis aliqua Regio recedit ab æquatore, eò longiorem æſtate, hyeme verò breuiorem hanc Solis moram ſupra horizontem experitur; ideò non ſemper, nec vbique eſt idem, ſed varius pro varietate temporum & locorum dies artificialis. Maior autem vel minor Solis mora ſupra horizontem ex eo prouenit, quod reſpectu noſtri hemiſphærij Sol æſtate percurrit arcus maiores, hyeme verò minores, vt patet in ſphærâ obliquâ; & quia reſpectu eorum, qui ſphæram incolunt rectam, arcus diurni & nocturni ſunt ferè omnes ſemper æquales, propterea dierum inæqualitatem non habent, ſed 12. horis Sol in eorum hemisfærio luceſcit, & 12. latet. IV. Manifeſtare ortum & occaſum omnium ſyderum, quæ cum ſpatio 24. horarum feraatur motu primi mobilis ab ortu in occaſum, tunc oriri dicuntur, cum ſupra horizontem apparent, occidere verò cum infra horizontem deſcendunt. V. Denique deſignaer quatuor puncta, quæ Cæli quatuor in partes principales ad angulos rectos diuidunt, ex quibus quatuor vēti Cardinales denominationē accipiunt, vt infra patet in Figurâ VIII.

Meridianus ſic dictus, quia quādo Sol ad ipsū peruenit, fit meridies illi cuiuseſt meridianus, eſt circulus ex maioribus, qui

qui tranſiens per vtrunque Mūdi polum, zenith & nadir, cadit ſupra horizontem ad angulos rectos. Quare tot ſunt meridiani, quot ſunt zenith & nadir, licèt in mappis geographicis deſignentur tantùm aliqui decem gradibus inuicem diſtantes, ne confuſio ex maiori multitudine oriatur.

Officia meridiani ſunt. I. Diuidere ſphæram in duo hemiſphæria, alterum orientale, alterum occidentale. II. Determinare punctum meridiei & mediæ noctis; atque adeò diſtinguere diem artificialem in duas partes, ſcilicèt antemeridianam & pomeridianam. III. Determinare principium & finem diei naturalis, qui incipit quando Sol à meridiano diſcedit, & terminatur cum Sol ad eundem meridianum redit. IV. Determinare latitudinem Regionum. Pro quo ſciendum eſt, quod latitudo aſtronomica, ſeu geographica, eſt diſtantia loci ab æquatore verſus polum, & cum meridianus per vtrumque polum tranſeat, neceſſariò tranſit per zenith illius loci, qui habet latitudinem, ideſt diſtat ab æquatore, ac propterea tanta eſt latitudo loci, quantus eſt arcus meridiani interceptus inter zenith illius loci & æquatorem. V. Denique determinare longitudinem Regionum.

Longitudo alicuius loci dicitur diſtã-tia meridiani illius loci à primo meridiano. Pro huius rei intelligentiâ notetur, quod veteres Aſtronomi, cum putarent primas terras in plagâ occidentali eſſe Inſulas Fortunatas vulgò *Canarias*, meridianum illarum Inſularum ſtatuerunt primum, ita vt progrediendo verſus orientem, tantam longitudinem diceretur habere locus, quantùm diſtaret eius meridianus ab illo primo. Iuxta hanc longitudinem conditæ ſunt mappæ geographicæ à Ptolæmeo vſque ad hæc noſtra tempora. Moderni tamen Aſtronomi vtentes pixide nauticâ, cum obſeruauerint acum magneticam ſub dicto meridiano Fortunatarum non reſpicere directè polum, qui reſpicitur directè ab acu in Inſulis Azorum, & præſertim in Inſulâ Sancti Michaelis, quæ inter ipſas orientalior eſt, ſtatuerunt pro primo meridiano hunc ductum per Inſulam Sancti Michaelis, ad cuius rationem iam geographicas mappas aptare ſatagunt. Non erit ab re obſeruatas à Montebrunio latitudines & longitudines inſignium aliquot locorum breuiter notare.

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Alba Regalis Hungariæ.	47	18	42	50
Alemaria Hollandiæ	52	40	26	15
Alexandria Ægypti	30	58	60	30
Alexandria Italiæ	43	30	30	0
Amberga Bohemiæ	49	28	34	20
Ambianum *Amiens*	49	20	23	40
Amſtelodamum	52	20	26	30
Ancona	43	42	36	40
Antiochia Syriæ	37	0	70	15
Antuerpia	51	16	27	0
Aquila	42	46	39	0
Aquileia Hiſtriæ	45	12	34	0
Aquiſgranum	50	48	28	0
Aretium	42	45	35	15
Argentina	48	30	29	50
Ariminum	43	50	37	0
Aſſiſium	42	55	35	20
Athenæ	37	15	52	45
Auenio	43	20	26	30
Aurelianum	47	15	22	20
Babylon	35	0	37	30
Barcino	41	30	18	0
Barium	41	7	43	40
Baſilea	47	30	28	30
Beneuentum	41	30	38	15

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Bergamum	44	50	30	30
Bethlehem	31	50	65	45
Biſanzon Veſontio	47	36	25	40
Bononia Italiæ	44	0	34	30
Brandemburgum	52	23	36	25
Brema	53	12	31	15
Brixia	44	30	31	20
Brugæ	51	20	24	35
Brunduſium	41	27	44	30
Bruxellæ	50	48	27	0
Burdigala	45	30	18	30
Burgi *Burgos*	44	40	16	0
Cæſarauguſta	41	45	14	15
Caieta	40	50	38	50
Camerinum	43	0	36	0
Canariæ Inſulæ	28	0	0	0
Candia	34	45	54	10
Cantuaria	51	20	20	30
Capua	41	42	40	0
Cartago	31	50	31	48
Caſalis S. Euaſij	42	37	30	42
Catana	37	40	39	46
Cayrus	29	50	63	0
Cephalonia	37	10	47	10
Ceſena	43	40	34	40
Colonia Agrippina	50	56	29	0

Com-

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Compoſtella	42	30	10	30
Comum	44	40	30	0
Conſtantia	47	30	32	30
Conſtantinopolis	43	5	55	30
Conymbria	40	0	11	0
Corduba	38	0	14	45
Corſynium *Corfù*	38	45	45	10
Corſica Inſula	40	50	31	0
Cortona	42	40	35	0
Cracouia	50	0	46	0
Crema	44	20	31	15
Cremona	44	15	33	30
Cyprus	35	30	65	30
Damaſcus	33	0	69	0
Derthona	44	0	30	40
Drepanum	36	20	37	0
Edemburgum	56	10	19	0
Elbinga	53	55	45	10
Emdem	53	30	29	0
Epheſus	37	40	57	40
Erfordia	51	7	34	40
Eubeia *Negroponte*	38	15	53	40
Eugubium	43	7	36	30
Fabrianum	43	7	36	30
Famaguſta	35	10	66	45

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Fanum	43	40	35	40
Fauentia	43	30	35	20
Ferraria	44	18	36	0
Firmum	43	9	37	18
Florentia	43	27	35	45
Forum Liuij *Forlì*	43	40	34	0
Forũ Cornelij *Imola*	43	30	34	42
Forũ Sempronij *Foſſombrone*	43	30	34	50
Francofordia ad Mænum	50	4	30	30
Francofordia ad Oderam	52	30	39	30
Friburgum Heluetiæ	47	45	28	12
Friburgum Miſniæ	50	58	30	40
Friburgum Rhetiæ	48	13	28	0
Fulgineum	43	12	36	40
Gandauum	51	15	25	30
Geneua	45	25	28	30
Genua Heluetiæ	49	0	23	0
Genua Italiæ	44	47	31	0
Ghelderum	52	20	27	40
Goa	18	30	106	0
Goeſa Zelandiæ	51	30	25	30
Graitz	47	22	40	0
Granata	37	30	17	30

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Haphnia Daniæ	55	43	36	45
Hamburgũ Holſatiæ	53	44	31	30
Halberſtadiũ Saxon.	52	0	35	20
Harlem Hollandiæ	52	25	26	45
Heidelberga	49	20	32	0
Hieroſolyma	31	50	66	0
Hiſpalis	37	25	14	15
Hydruntũ *Otranto*	41	26	45	20
Ingolſtadiũ Bauariæ	48	38	32	30
Inipons *Inſpruch*	46	55	33	45
Interamna *Teramo*	42	36	37	30
Lacedæmon *Sparta*	35	30	50	15
Legio Hiſpaniæ	42	15	21	10
Liburnus	42	12	34	30
Lipſia Miſniæ	52	17	35	0
Londinum	51	32	20	30
Louanium	50	50	26	45
Luca	42	40	32	40
Lucerna	46	50	30	30
Lugdunum Batauiæ	52	7	27	30
Lugudunum Galliæ	45	20	24	0
Lutetia Pariſiorum	48	30	24	0
Magdeburgum Saxoniæ	52	10	35	15
Mansfeldium	51	40	35	0

Mantua

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Mantua	44	35	34	30
Marſilia	42	30	26	0
Mediolanum	44	50	30	30
Meldeburg	51	31	26	0
Melita	34	30	38	45
Metlana	39	0	42	45
Metis Lotharingiæ	49	12	27	30
Minorica	40	10	19	30
Moguntia	50	0	30	0
Monachiū Bauariæ	48	0	32	45
Mons peſsulanus *Mō pelier*	42	50	25	0
Mons regius Boruſſiæ	54	20	46	30
Mons regius Franconiæ	50	16	31	0
Mutina	44	0	32	40
Narbona	41	50	25	0
Neapolis	41	0	40	0
Nebia Corſicæ	40	40	27	30
Nidroſia Noruegiæ	63	15	32	0
Niuers	45	0	19	0
Nola	40	45	40	15
Norimberga	49	24	34	0
Nouara	44	30	30	30
Nurſia	42	44	37	0

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Olyſippo *Lisbona*	39	20	11	0
Orcades	61	20	20	0
Oſtenda	51	20	24	15
Panormus	37	30	38	0
Pampelona	42	50	15	0
Papia	44	20	31	0
Parma	43	30	32	30
Patauium	45	10	35	0
Perpiniamum	42	40	18	30
Peruſia	42	56	36	50
Piſæ	43	0	35	30
Piſaurum *Peſaro*	43	51	36	30
Piſtorium	43	10	33	20
Placentiæ	44	0	31	50
Praga	50	6	36	30
Raguſa	43	30	42	15
Ratisbona	49	0	30	0
Rauenna	44	10	36	30
Recanatum	43	22	40	0
Regium Iulium Calabriæ	38	15	43	10
Regium Lepidum Lombardiæ	43	30	32	30
Rhemi *Rheims*	48	45	22	15
Rhodus	36	12	58	0

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Roma	42	0	38	30
Rothomagus Normandiæ	49	10	21	15
Roterodamum Hollandiæ	51	56	26	30
Salernum	41	20	41	0
Salmantica	41	15	15	0
Sauona	43	30	29	10
Senæ	43	0	36	0
Sebenicum	44	20	38	42
Sipontus *Mâfredonia*	40	45	42	50
Spira	49	20	30	40
Spoletum	43	15	38	30
Strigonium	47	30	41	45
Sulmona	42	20	41	30
Syracuſa	37	0	41	30
Tarentum *Taranto*	41	15	43	15
Taruiſium	45	30	35	30
Taurinum	44	40	29	30
Tergeſtum Coloniæ *Trieſt*	45	20	15	15
Thebæ Aphricæ	29	30	62	30
Tholoſa	43	30	20	0
Tibur	42	0	39	0
Tolentinum	43	6	36	40

Nomina Ciuitatum.	Latit. G.	Latit. M.	Long. G.	Long. M.
Toletum	40	0	16	0
Treuiri	49	55	27	45
Tridentum	45	20	31	42
Tunetum	32	30	33	0
Turonum *Tours*	47	20	19	45
Valentia Hiſpaniæ	39	40	20	0
Valiſoletum	42	20	9	0
Velitræ	41	30	36	30
Venetiæ	45	20	35	0
Vercellæ	44	10	29	50
Verona	44	50	34	0
Vicentia	44	30	33	0
Vienna Auſtriæ	48	25	40	0
Vienna Galliæ	45	12	22	30
Viterbium	42	15	39	0
Vlma Sueuiæ	48	25	30	30
Volaterræ	42	40	33	50
Vratislauia Sleſiæ	51	10	39	0
Vraniburgũ Daniæ	55	55	36	45
Vrbinum Italiæ	43	0	35	20
Vtinum *Vdine*	46	30	36	0
Vvittemberga Saxoniæ	51	54	35	45
Vvormatia	49	40	28	30
Vviburgum	56	30	33	35

Ex dictis. I. Liquet, latitudinem idem eſſe cum poli eleuatione; quare ad ipſam inueſtigandam ſufficit numerare gradus meridiani ab æquinotiali vſque ad zenith loci, cuius latitudo quæritur; qui gradus in mappis geographicis facilè per circulos parallelos, qui denis gradibus inuicem diſtantes ſignantur, deprehendi poſſunt. Et quia ab æquatore ad polum 90. tantum gradus numerantur, propterea nullus locus poteſt habere maiorem latitudinem quàm 90. graduum. II. Liquet, quòd, cum Sol 24. horis percurrat circulum 360. graduum, ſingulis horis 15. gradus conficit, ac proindè locus ille habet meridiem vnâ horâ plus quàm alter, qui ipſum ſuperat longitudine 15. graduum.

Æquator, ſic dictus quia cum Sol ipſum attingit, ſcilicet in principio arietis, & libræ, fiunt dies noctibus æquales, eſt circulus ab vtroque polo æqualiter diſtans.

Officia æquatoris ſunt. I. Diuidere ſphæram in duo hemiſphæria, ſcilicet in ſeptentrionale, & auſtrale. II. Bis in anno determinare æquinoctia. III. Eſſe menſurã temporis horarij; ſingulis enim 15. gradibus, quibus eleuatur ſupra horizontem, ſcimus elapſam eſſe horam. IV. Deſumuntur ex ipſo latitudines locorum, vt patuit ſupra.

Zodiacus à voce græca zodion, ſcilicet animal, quia in ipſo ſunt plures figuræ cæleſtes, quæ animalium nomine deſignantur, dicitur, & à Latinis ſignifer, quia continet in ſe 12. ſigna, ſeu cæleſtes imagines. Eſt circulus obliquè interſecans æquatorem in duas partes oppoſitas, ſub cuius latitudine Planetæ ſuos habent curſus.

Diuiditur zodiacus in 12. partes æquales, ſeù dodecatemoria, quæ ſingula 30. gradibus conſtant, nomenque à ſignis, ſeù conſtellationibus ducunt, quæ duobus comprehenduntur carminibus, quorum primum borealia, ſecundũ auſtralia ſignificat.

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque, ſcorpius, arcitenens, caper, amphora, piſces.

Quæ ſigna notantur proprijs caracteribus vt in Figura IX.

Hæc ſigna ſigulis anni menſibus addicta ſunt, ita vt primum martio, reliqua reliquis reſpondeant; non habent tamen initium cum initio menſium, nam ſub poſtremam menſis partem Sol eius ſignum ingreditur, e. g. arietem 21. martij, & ſic de reliquis.

Non ſolùm quia prædicta continet zodiacus ſigna, ſed etiam quia Planetæ

in

in ipſo tàm vario motu mouentur, vt quidam vel 7. gradibus ab ecliptica recedant, latitudinem 14. graduum habet, cum alij circuli ſphæræ nullam latitudinem habeant.

Ecliptica eſt linea per mediam totius zodiaci latitudinem traducta. Sic appellatur, quia numquam Solis aut Lunæ eclipſes contingunt, niſi ſub hac lineâ Luna coniungatur Soli, aut ipſi diametraliter opponatur, quod in capite tantùm & caudâ draconis euenit.

Pro intelligentiâ huius rei notetur, quod in zodiaco via Lunæ diuerſa eſt à via Solis; Sol enim ſemper ſub eclipticâ, Luna verò extra eclipticam per zodiaci latitudinem vagatur; in quibuſdam tamen partibus oppoſitis via Lunæ interſecat eclipticam, quæ interſectiones dicuntur nodi ecliptici in quibus tantùm Luna ſufficientem coniunctionem aut oppoſitionem habent cum Sole; & quia ſpatium extra illas interſectiones interceptum intra circulos figuram quaſi draconis repręsẽtat, latitudo talis ſpatij dicitur venter draconis, interſectionum illarũ vna vocatur caput, alia cauda draconis, vt patet in Figurâ X. dicitur etiam ecliptica, circulus, iter, & orbita Solis.

Planetarum in zodiaco exiſtentiũ nomina & caracteres ſunt, ſecundùm quod

notantur in Figurâ XI.

Coluri ſunt duo circuli ſuſtentantes reliquos, educti per polos Mundi, quorum alter tranſit per puncta æquinoctialia arietis & libræ, diciturque colurus æquinoctiorũ; alter per puncta ſolſtitialia cancri & capricorni, diciturque colurus ſolſtitiorum.

Tropici ſunt duo ex circulis minoribus ab equatore hinc atque inde per gradus 23. $\frac{1}{2}$ æquè diſtantes. Borealis eſt tropicus cancri, quia in ipſo eſt initium ſigni cancri. Auſtralis eſt tropicus capricorni, quia huius ſigni in ipſo principium eſt. Vterque eſt meta curſus ſolaris; nam interſecant eclipticam in illis punctis, vltra quæ Sol non tranſilit, ſed vbi ad ea peruenit, conuertitur retro ad æquatorem, ideoque tropici dicti ſunt à vocabulo græco tropi, quod conuerſionem ſignificat.

Officia tropicorum ſunt. I. Maximam æſtate diem & minimam hyeme oſtendere; nam Sol ad tropicum cancri perueniens longiſſimam nobis efficit diem, quæ ſolſtitialis vocatur, & perueniens ad tropicum capricorni breuiſſimam diem format. II. Determinare fines zonæ torridæ, vt infra dicemus.

Circuli polares dicuntur illi, qui in-
di-

diſtantiâ graduum 23. $\frac{1}{2}$ à polis Mundi deſignantur, qui ab ipſis polis dicuntur alter arcticus, & alter antarcticus. Hi circuli ſunt poli eclipticæ, nam eius axis ad ipſos terminatur.

Officium horum circulorum eſt, oſtendere terminos vtriuſque zonæ temperatæ, & deſignare zonas frigidas, quidquid enim ſpatij intra ipſos clauditur zona frigida eſt.

Alios plurimos in ſphærâ circulos fingunt Aſtronomi, de quibus hîc non ago, quia ad rem præſentem non faciunt.

CAPVT III.

De zonis, parallelis, & climatibus.

ZOnæ ſunt ſpatia inter quatuor circulos parallelos intercepta. Quinque ſunt zonæ, torrida vna, temperatæ duæ, & frigidæ duæ. Torrida eſt, quæ inter tropicos clauditur, diuiſa bifariam per æquatorem, complectiturque, à tropico ad tropicum, gradus quadraginta ſeptem, qui ad italica milliaria redacti, ſunt milliaria 2820. quam zonam, licèt nimio æſtu inhabitabilem putauerint veteres, vt habet Ouidius,

Quarum quæ media non eſt habitabilis æſtu;

tamen totam eſſe habitatam certiſſimum eſt.

Temperata borealis. eſt à tropico cancri ad circulum polarem arcticum. Auſtralis eſt à tropico capricorni ad circulum polarem antarcticum; ſingulæ complectuntur gradus 43. qui ſunt milliaria italica 2580.

Frigidæ ſunt altera borealis, quæ à circulo polari arctico ad polum extenditur: altera auſtralis, quæ à circulo polari antarctico vſque ad polum auſtralem fertur.

Zonarũ huiuſmodi habitatores inuicem comparati, alij dicuntur antœci, alij periœci, & alij antipodæ. Antœci ſunt, qui ſub eodem meridiano habitant, ſed ſub diuerſis parallelis æquè diſtantibus ab equatore, alij ad borealem, & alij ad auſtralem polum. Periœci ſunt, qui ſub eodem parallelo, eodemque climate, in eâdem zonâ degunt; ſed quando his dies eſt, alij noctem habent. Antipodæ ſunt, qui in diametraliter oppoſitâ terræ parte habitantes, pedes pedibus aliorum oppoſitos habent.

Habitatores zonarum comparati ad vmbras, alij dicuntur amphiſcij, alij heteroſcij, & alij periſcij. Qui duplicem habent vmbram, vt incolæ zonæ torridæ, quibus quandoque Sol eſt borealis

realis, vmbramque proijcit ad auſtrum; quandoque auſtralis, vmbramque proijcit ad boream, amphiſcij vocantur. Qui vnicam habent vmbram vel borealem, vel auſtralem, quia ſemper ipſis Sol eſt borealis, aut auſtralis, vt ſunt incolæ zonarum temperatarum, heteroſcij dicuntur. Quibus verò vmbra in girum vertitur, vt ſunt incolæ zonarum frigidarum, periſcij appellantur.

Clima eſt ſpatium intra duos parallelos incluſum, in cuius extremo dies ſolſtitialis lõgior eſt per horam dimidiam quàm dies 12. horarum. Et quia ab æquatore progrediendo verſus polos compertum eſt habitantibus ſub circulis polaribus diem ſolſtitialem eſſe 24. horarum, propterea cum 24. ſemihoræ numerentur ſupra diem 12. horarum, 24. climata ad boream & 24. ad auſtrum deſcribuntur. Quia verò progredientibus vltra circulos polares creſcit dies, non augumento horarum, ſed dierum, hebdomadarum, & menſium, ita vt ſub polis ſit dies ſex menſium, & nox pariter ſex menſium, ideò vltra prædictos circulos non deſcribuntur climata. Recentiores non pauci obſeruant, parallelos non ad augumentum dierum ſolſtitialium, ſed ipſos deſcribunt ad ſingulos gradus, ita vt in primo climate

primus circulus ſit æquator, vltra quem, iuxta numerum 90. graduum, 89. parallelos aſſignent. Dicuntur circuli paralleli, qui ab æquatore ad polum ducti ab illo æqualiter diſtant.

Præter hactenùs declaratos circulos deſignantur in mappis geographicis quædam lineæ, quæ ductæ ex circulo in partes 32. diuiſo, interſecant meridianos ad angulos obliquos. Hi dicuntur rhombi, quibus vtimur ad curſus nauigationis dirigendos; deſignant enim 32. ventos quibus nauigatio perficitur, tàm in mediterraneo, quàm in oceano, vt patet in Figurâ XII.

CAPVT IV.
De ſphæra terreſtri.

SPhæram terreſtrem, ſecundùm ipſius ſuperficiem contemplaturi, præmittimus quarundam vocum notitiam, quæ ad rem probè intelligendam maximè conducunt.

Continens vulgo, *terra ferma*, eſt maior terrarum pars, vt Europa, Aſia &c.

Peninſula eſt, quæ ex tribus partibus mari circundatur, vt eſt Peloponneſus vulgò *Morèa*.

Iſthmus eſt parua pars terræ, quæ peninſulam cum continenti iungit.

Inſu-

Inſula eſt minor pars terræ vndique aquis clauſa, vt magna Britannia, Sicilia.

Promontorium, vulgò *capo*, eſt mons, ſeù pars terræ, quæ præ cæteris circumiectis in mare porrigitur, vt promontorium bonæ ſpei in extremâ parte Aphricæ.

Mare eſt vniuerſalis aquarum congeries terrarum orbi circunfuſa. Aliud dicitur oceanus, aliud mediterraneum.

Oceanus eſt, qui toti terræ circumfunditur.

Mediterraneum eſt, quod medias inter terras intrat.

Sinus maris, vulgò *golfo*, eſt pars aliqua maris intra terras anguſto ſpatio effuſa, vt eſt ſinus adriaticus *golfo di Venezia*.

Fretum eſt maris pars, quæ anguſto ſpatio inter duas terras fluens, deinde vltra ſe expandit, & mare mari coniungit, vt fretum gaditanum, vulgò *ſtretto di Gibilterra*.

CAPVT V.
De diuiſione marium.

Mare magnum ſeu oceanus diuiditur in hyperboreum ſeù glaciatum; ſinenſe vulgo *della China*; indicum, æthiopicum, athlanticum, ame-

ricanum, vulgò *mare del nord*, & pacificum vulgò *mare del Zur*.

Mare hyperboreum Europam & Aſiam à ſeptentrione alluit: ab orâ Lappiæ ad fauces Obij fluminis dicitur ſarmaticum, quod ad Ruſſiæ oras mare album, vulgò *Pitzorke*, appellatur: ab Obio ad fretum anianum dicitur tartaricum.

Mare ſinenſe, vulgò *della China*, extenditur à freto aniano vſque ad Sumatram & Iauam inſulas, vulgò *iſole della Sonda*, dicitur archipelagus S. Lazari, propter multitudinem inſularum, quibus ægeo ſimile redditur. Quæ pars meridionalior eſt, dicitur vulgò *mare di Lanchidol*. Mare indicum incipit à Sumatra & Iaua, protenditurque ad caput bonæ ſpei.

Quod maris eſt inter caput bonæ ſpei, lineam æquinoctialem, terram auſtralem, & Americam, æthiopicum dicitur.

A linea æquinoctiali ad Iſlandiam, & primum meridianum in inſulis Azorum: eſt mare athlanticum, ab Athlante Aphricæ monte nomen habens.

A primo meridiano ad Americam eſt mare vulgò *del nord*.

Quod reliquum eſt oceani vltra Americam, vſque ad mare ſinenſe, & terram auſtralem, eſt mare pacificum vulgò *del Zur*. Ma-

Mare mediterraneum ex oceano athlantico per fretum gaditanum latitudinis 6. milliariorum intrat inter Europam& Aphricam, habetque in vltimâ ſui parte Aſiam. Iuxta Regiones, quas alluit, varia ſortitur nomina. Ad Hiſpaniam dicitur Ibericum. Ad Baleares inſulas balearicum. Ad Galliam gallicum. Ad Liguriam liguſticum. Ad Etruriam thyrrenum. Ad Siciliam ſiculum. Inter Siciliam, Calabriam, & Peloponneſum dicitur ionium. Inter Græciam & Natoliam ægeum, vulgò *Arcipelago*, pluribus Inſulis refertum. Inde ſe coarctat diciturque hellespontus, vulgò *ſtretto di Dardanelli*. Vbi verò ſe ſe latiùs aperit, vocatur propontis, vulgò *mare di Marmora*. Inde iterum reſtringitur, & dicitur bosphorus thracius, vulgò *canale di Coſtantinopoli*, vbi hæc vrbs ſita eſt. Deindè iterum ſe laxat, diciturque pontus euxinus, vulgò *mar maggiore* vel *mar nero*. Vltimò denique per fretum, quod dicitur bosphorus cymmerius, vulgò *ſtretto di Gazzaria*, terminat in paludem Mæotim, quæ dicitur *mare delle Zabacche*. Ad oram Aphricæ eſt mare barbaricum. Ad meridionalem Natholiæ plagam eſt cyprium, rhodium, pamphilium, phœnicium, & ciliciam.

CAPVT VI.

Aſſignantur ſinus, freta, & promontoria.

IN oceano hyperboreo eſt ſinus granduicus vulgò *mar bianco*, vel *belle morè*.

In oceano indico ſunt ſinus bengalenſis, ſinus perſicus, & ſinus arabicus, vulgò *mar roſſo*.

In athlàtico ad Germaniam ſinus godanus vulgò *Buider-ſec*, ſinus ſue cicus, vulgò *mar baltico*, in quo ſunt ſinus boddicus & finnicus. Ad Americam ſinus mexicanus.

In mediterraneo ſinus adriaticus *golfo di Venezia*, in quo ſunt alij minores ſinus *di Lodrin*, *di Trieſte*, *della Vallona*, *di Cattaro*. Sinus corinthiacus; & ſinus ambracenſis, qui format ſinus Ambraciæ & Lartæ.

Freta ſunt *Vveiegatz* inter nouam Zemblam & Aſiam. Aniani inter Aſiam & Americam. *Le Mayre* ad Regionem, quæ dicitur *terra del fuoco*. Magellanicum, quod oceanum *del Zur* cum oceano æthiopico committit. *Del Sund*, vbi oceanus germanicus in balticum intrat. Herculeum *di Gibilterra*, vbi athlãticus oceanus format mare mediterraneum

neum: in quo ſunt freta, ſiculum *faro di Meſſina*, helleſpontus *ſtretto di Dardanelli*, boſphorus thracius *canale di Coſtantinopoli*, boſphorus cymmerius *ſtretto di Gazaria*.

Promontoria præcipua ſunt in oceano hyperboreo *Caminors*, in athlantico ad Hiſpaniam *Ortegal* & Finiſterræ in Galæciâ, *Roxent* in Luſitaniâ, S. Vincentij in Algarbiâ. Ad Aphricæ littora *Cantin* & *Guer* in Regno Marrocchi. *Capo verde* & *capo roxo* ad fauces fluminis nigri. *Serralina*, *capo delle palme*, *e capo di trè punte* in Guineâ. *Palmar* & *padrao* & S. Laurentij in Congo. *Caput nigrum*, caput bonæ ſpei, & caput S. Sebaſtiani in Monomotapâ. *Capo Falco* in Melindâ. *Capo di Guardafu* ad ſinum arabicum. Ad Aſiam in faucibus ſinus perſici caput *Ras Algate*. Caput Comorini *Malacca*. Ad ſinarum Regionem *capo di Liampo*, & *Corea*. Ad oras Americæ caput *Fareunel*, caput S. Romani, caput *blanco*, caput de *corientas*, caput *de la vittoria*, caput Califormiæ, caput *de Porceles*, caput *de Laguia*, & caput *Mendocino*.

In Mediterraneo ad oras Hiſpaniæ ſunt promontoria *de Gates*, *de Palos*, de *Palaguſel*. Ad Peloponneſum *Malis*. Ad oras Aphricæ *Falcon*.

CAPVT VII.

De diuiſione orbis terrarum in ſuas partes.

VNiuerſum terrarum orbem Veteres diuidebant in tres partes, ſcilicet Europam, Aſiam, & Aphricam. Moderni verò in quatuor, addendo tribus illis Americam. Nouiſſimi Geographi diuidunt in ſeptem, ſcilicet Europam, Aſiam, Aphricam, Americam meridionalem, Americam Septentrionalem. Terram polarem arcticam, & terram polarem antarcticam.

CAPVT VIII.

De Europa.

EVropæ termini ſunt à ſeptentrione oceanus hyperboreus; ab occaſu oceanus athlanticus; à meridie mare mediterraneum; ab ortu ægeum, propontis, helleſpontus, boſphorus thracius, pontus euxinus, boſphorus cymmerius, palus Mæotis, & linea ducta à fluxu Tanais *Don* vſquè ad fauces Obij fluminis, per quam ab Aſiâ diſterminatur.

Tota Europa ſita eſt in zonâ temperatâ boreali. Eius magnitudo eſt, ſi

latitudinem ſpectes, milliariorum 1200. ſi eius lõgitudinem milliariorum 3600. ac propterea quauis aliâ terrarum parte minor, ſi tamen cætera conſideres, alias omnes antecellit: frumenti, vini, olei decoris copiâ, alijſque humanæ vitæ commodis adeò abundat, vt aliarum Regionum diuitias ſuperet. Cælum ipſius mirè temperatum. Incolæ acutiſſimo ingenio & alacritate pollent. Quare factum eſt, vt alijs terrarum partibus Europæi ſuas & merces & arma ſoli circuntulerint, vltimaſque orbis gentes ſibi ſeruire coegerint.

Religio in Europâ præcipua eſt catholica, quam à Chriſto Domino acceptam Sancti Apoſtoli Romano Pontifici, eiuſque ſectatoribus tradidêre. Alibi eſt mahometana, alibi ſchiſmatica, alibi hæretica, quæ à ſectarijs ſpecioſiori vocabulo reformata dicitur.

Idiomata, ſeu linguæ in Europâ quatuor præcipuæ ſunt, ſcilicet Latina apud Italos, Gallos, & Hiſpanos; Græca apud Græcos, & inſulas adiecentes; Teutonica apud Germanos, Heluetios, Suecos, Noruegos, Danos, & Anglos; Sclauonica, apud Sclauones, Polonos Boemicos, & Hungaros.

Precipuæ partes Europæ ſunt ad occaſum Hiſpania, & Gallia; ad ſeptentrio-

trionem Germania, Dania, Suecia; ad ortum Polonia, & Ruſſia, vulgò *Moſcouia*, Thracia, ſub cuius nomine iam venit Hungaria, Græcia, & Regiones tributum Imperatori Turcarum pẽdentes, vt ſunt Tranſiluania, Valachia, & Moldauia. Ad meridiem ſunt Heluetij, Sabaudia, & Italia, & Inſulæ adiacentes.

CAPVT IX.
De Hiſpania.

Hiſpaniæ termini ſunt à ſeptentrione montes pyrenæi, qui 80. milliariorum ſpatio ipſam à Galliâ diuidunt, & oceanus cantabricus; ab occaſu oceanus athlanticus; à meridie oceanus athlanticus, fretum herculeum, & mare mediterraneum. Sub quarto & quinto climate iacet, alicubi præruptis aſpera montibus, alibi verò feraciſſimo ſolo, diuitijs, & delicijs præ cæteris Europæ Regionibus affluens. Vinum, oleum, & lanas, ſingula pretioſiſſima producit. Cæli temperies ſalubris, & fertile ſolum eſt, ſed magnâ ex parte incultum, deficiente numero habitatorum, qui, quotannis in alias Mundi plagas iuuentutem ſuam, cogente Regis imperio, tranſmittunt, vt immenſas Regiones ſui Principis in obſequio contineant: nam

poſt

poſt hominum memoriam nullum Imperium latiùs patuit, ita vt Rex Hiſpaniæ meritò iactet, Solem ſuis in ditionibus numquam occidere, poſſidet enim præter Hiſpaniam in Europâ, catholicas in Belgio Prouincias, Comitatum Burgundiæ, Ducatum Mediolanenſem, plura oppida in Etruriâ, Regnum Neapolitanum, & Siciliam, cum inſulis Balearibus. In Aſiâ inſulas Philippinas. In Aphricâ plura oppida in oris barbariæ, & inſulas fortunatas, & plurimum Americæ, in quibus omnibus cum præſidiario milite hiſpano vti ſoleat, Hiſpaniam incolarum frequentiâ priuat. Religionem in Prouincijs ſibi ſubiectis Rex patitur nullam niſi catholicam; quarè 800000. Mauros ex Hiſpaniâ vno tempore pubblico edicto exules pronunciatos memorant Sciptores.

In quatuordecim partes, ſeu Regna, diuiditur Hiſpania, quorum maritima ſunt Luſitania, Andaluſia, Granata, Murcia, Valentia, Catalaunia, Gallæcia, & Aſturia. Mediterranea ſunt Aragonia, Nauarra, Legio, Caſtella vetus, Caſtella noua, & Eſtremadura.

Luſitania, in qua etiam Algarbiorum Regnum comprehenditur, ab Hiſpano ad Brigantiæ Ducem defecit anno 1640. ipſumque Regem adhuc agno-

ſcit

ſcit. Metropolim habet Olyſipponem *Lisbona*, ſedem Regis ad fauces Tagi fluminis portu celeberrimo gaudentem. Quinque arcibus munita eſt, & pluſquam 30000. ædificiorum complectitur. Reliqua oppida ſunt *Setubal* portus, Coimbra academiâ celebris, Braga pluribus Cōcilijs inſignis, cuius Archiepiſcopus primatum Archiepiſcopo Toletano contendit, Bragantia caput Ducatus eiuſdem nominis, Euora, *Eluas* optimo totius Hiſpaniæ oleo abundans, *Vizeo*, *Guarda*, *Lamego*, *Santareno* immenſis oliuarum ſiluis circundata, *Oliuenza*, *Almeria*, *Portalegre*, *Leira*, *Ourique*, vbi Alphonſus Rex quinque Reges Mauros ſuperauit, *Saluaterra*, & alia.

In Algarbiorum Regno ſunt *Tauila*, *Lagos*, *Siluis*, & *Faros*.

Andaluſia Regio eſt ad fretum herculeum amænitate, ac vbertate agrorum cætera Hiſpaniæ loca longè antecellens, hinc enim triticum reliquis Regionibus Hiſpaniæ ſuppeditatur. Equos etiam nobiliſſimos alit. Metropolis eius eſt Hiſpalis *Siuiglia*, vrbs ad flumen *Guadalquiuir* ſita, appulſu nauium ex Americâ redeuntium prædiues. Eius pulchritudinem Hiſpani celebrant eo communi proloquio, *qui non ha viſto Seuilla, non ha viſto marauilla*. Reliqua oppida ſunt

Cor-

Corduba, *S. Lucar de Barameda* portus ad fauces fluminis *Guadalquiuir*, in cuius agro fuſæ ſunt, & internecione deletæ Gothorum acies à Mauris anno 712. *Gibraltar* nomen tribuens freto, quod prius herculeum, nunc *di Gibilterra* vulgò nuncupatur; hic eſt Calpe mons è regione montis Abilæ in Aphricâ, qui duo montes herculeæ columnæ vocabantur. *Cadix* eſt in Inſulâ eiuſdem nominis, quam pons continenti iungit; Statio eſt maximarum nauium hiſpanarum, & vna ex tribus clauibus, ſeù propugnaculis, quæ Carolus V. Philippo Filio cordi eſſe iuſſit, cum hanc vrbem, *Fliſingam*, & arcem vulgò *Goletta* ipſi enixè commendauit. *Ecya*, *Oſſuna*, *Arcos*, *Medina ſidonia*: & alia ſunt minoris momenti.

Granata Regnum à Mauris, qui anno 1492. inde ſunt pulſi, terreſtris Paradiſus propter delicias, quibus affluit, & miram Cæli temperiem, dicebatur. Metropolis eius eſt Granata vrbs nitida, & fontibus maximè abundans. Reliqua oppida ſunt *Malaga* portus, & officina fabricandis nauibus Hiſpaniæ percommoda: eius ager optimum gignit vinum. *Velez*, *Albama*, *Almeria*, *Cartama*, *Antiquerula*, & alia.

Murcia Hiſpaniæ viridarium ab ingen-

genti fructuum copiâ dicitur. Metropolim habet eiuſdem nominis, in eâ ſepultus eſt Alphonſus Rex Caſtellæ Aſtrologiâ celebris. Reliqua oppida ſunt *Lorca*, *Guardamar*, *Perteglia*, & Carthago noua *Cartagena*, cuius portus celeberrimus, & tutiſſimus eſt.

Valentia Regio eſt delicijs abūdans, præſertim in orâ maritimâ. Metropolim habet eiuſdem nominis. Reliqua oppida ſunt *Horiuela*, Saguntus nunc *Moruedro*, prope cuius mœnia veteris Sagunti rudera ſpectantur; *Alicante* portus celeberrimus, & alia.

Catalaunia Galliæ contermina eſt; oleo, vino, & frumento, pecoribuſque abundans. Marmora diuerſi generis, iaſpidem, & amethiſtum, alabaſtrumque producit. Metropolis eius eſt Barcino academiâ & portu inſignis. Eius ager amænissimus plurimis villis refertus eſt. Reliqua oppida præcipua ſunt Taraco *Taracona* antiquitate & munitionibus celebris, *Girona*, *Vich*, *Cardona*, *Colibre*, Monſerratus, & *Poblet*, quæ poſtrema ſunt duo loca, quorum primus Deiparæ Virginis deuotione, alter Aragonenſium Regum ſepulturâ celebratur.

In Catalauniæ finibus eſt Comitatus Roſſelionis, cuius Metropolis eſt Perpinia

nianum fortiſſimâ munitum arce, non longe à quo eſt oppidum *Salſas* propugnaculum inſigne à Carolo V. ædificatum.

Aragonia eſt Catalauniæ ad occaſum, ad montium pyrenæ orum radices; Regio valde ſterilis. Metropolis eius eſt Cęſaraugufta, vulgò *Saragozza*, ad dexteram Iberi fluminis ripam probè munita, & academiâ inſignis. Reliqua oppida ſunt *Hueſca, Monſon, Iaca, Calataiud*, & *Venaſque*.

Nauarra ad pyrenæos ſita in ſuperiorem & inferiorem diuiditur. Superior eſt vltra pyrenæos diuiſa in quinque præfecturas, vulgò *Merindade*, quæ vrbibus eiuſdem nominis ſunt inſignes, ſcilicet Pamplona Regni Metropolis optimè munita, *Eſtela, Olite, Tudela, & Sangueſſa.* Inferior eſt citra pyrenæos, & ad Regem Galliæ ſpectat. Eſt in Nauarrâ Comitatus Ronciſuallis Gallorum cæde inſignis.

Gallæcia ad oceanum occidentalem ſita Metropolim habet Compoſtellam, vulgò *S. Iago*, reliquijs Sancti Iacobi Apoſtoli toto orbe celebrata. Reliqua loca ſunt *Lugo, Mondognedo, Orance, Tuis, Ponteuedra Ribadeo, Ferol, Viuero*, & *Corugna* vnus ex optimis Hiſpaniæ portubus &c.

Aſtu-

Aſturia eſt ad oceanum cantabricum. Diuiditur in Aſturiam de *Ouiedo*, & Aſturiam de *Santillana*, ſic dictas ab vrbibus eiuſdem nominis. Reliqua oppida ſunt *Caſtropol*, *Villauizoſa*, *S. Vincente*, & *S. Andero* portus ſatis commodus, & tutus.

Eſt inter Nauarram & Aſturiam Comitatus Cantabriæ, vulgò *Biſcaglia*, ferri fodinis, & ſiluis ad naues fabbricandas plurimam præbentibus materiam abundans. Gens plurimis priuilegijs gaudet. In tres Regio præfecturas diuiſa eſt, quæ ſunt, *Biſcalia*, *Guipuſcoa*, & *Alaua*. Metropolis totius Comitatus eſt *Bilbao*, vbi optimus totius Hiſpaniæ panis conficitur, & ferri, lanarumque copiâ Mercatores affluunt. Reliqua oppida ſunt, *S. Sebaſtiano* Guipuſcoæ caput, Mercatorum frequentiâ celebre oppidum, pluribuſque priuilegijs decoratum; *Fontarabia* obſidione Gallorum fortiter latâ anno 1638. inſignis. *Laredo* portus; *Paſſage* portus tutiſſimus, & capaciſſimus; *Vittoria* caput Alauæ.

Legio, vulgò *Leone*, eſt inter Aſturiam, Caſtellam veterem, Gallæciam, & Luſitaniam, Regio aſpera eſt, ac præruptis montibus obſida. Huc confugerunt Hiſpaniarum Reges, cum à Mauris Hiſpania occupata fuit. Metropolis eius eſt

Legio *Leon* vrbs magna & nitida. In eâ ſepulti ſunt Imperator vnus & Reges xxxvii. Hiſpani. Reliqua oppida præcipua ſunt *Zamorra*, *Aſtorga*, *Palentia*, *Fueſſaldagna*, *Villafando*, & alia.

Caſtella vetus ad ſeptentrionem Caſtellæ nouæ ſita, montibus & ſiluis aſpera redditur. Metropolis eius eſt Burgi, vulgô *Burgos*. Reliqua oppida ſunt Valiſoletum vulgò *Valliadolid*, olim ſedes Hiſpanorum Regum, magnitudinis & venuſtatis non ſpernendæ. Segouia texturâ panni ſegobienſis conſpicua, in quâ eſt aquæductus 177. arcus complectens. Salmantica vulgò *Salamanca* academia inſignis, *Logrunno*, *Siguenza*, *Lerma* Ducatus, *Oſma* academia, *Miranda*, *Pegnafiel*, *Roa*, *Olmedo*.

Caſtella noua Regio eſt magis campeſtris, quàm Caſtella vetus, Cæli ſalubritate, ſolique fertilitate maximâ gaudens. Metropolis eius eſt Mantua Carpentanorũ, vulgò *Madrid*, ſedes Hiſpani Regis, in cuius agro, quinque circiter milliaria ab vrbe, conſpicitur admirabile templum ſancti Laurentij in Eſcuriali, quod 20. millionibus auri ædificauit Philippũs II. in monumentum victoriæ de Gallis ad Fanum S. Quintini anno 1557. reportatæ. Reliqua oppida ſunt Toletum ad ripas Tagi, vbi admi-

rabilis aquæductus conſpicitur è Tago in Vrbem aquas trahens. Eſt etiam in eâ palatium regium à Carolo V. ædificatum. Archiepiſcopatus huius vrbis ditiſſimus eſt; dicitur enim annuus eius redditus eſſe aureorum 260000. *Calatraua*, *Alcantara*, *Alcalà d' Henares* academia, *Ciudad real*, *Guadalaira*, vbi eſt armamentarium Ducis Infantatus, *Medina cæli*, *Guadalupa*, *Arangues* regijs delicijs delectus locus.

Eſtremadura ad Tagi & Guadianæ fluminum ripas contermina eſt Luſitaniæ. Metropolis eius eſt *Badajos* vrbs munitiſſima. Reliqua oppida ſunt Emerita vulgò *Merida*, *Trugillo*, *Caſeres*, *Medelino*, vbi dicitur Guadiana in ſpecum fluere per ſpatium 45. milliariorum, & ad *Villartam* iterum erumpere; licèt id nonnulli aſſerant eſſe fabuloſum, & fabulæ locum feciſſe fluxum amnis, qui inter præruptos & inacceſſos montes toto eo ſpatio non obſeruatus decurrit.

In Luſitaniâ ſunt tres Archiepiſcopatus, ſcilicet Olyſippo, Braga, & Euora. Epiſcopatus decem.

Ordines equeſtres habet Luſitania tres, ſcilicet Equites Chriſti, quorum Magnusmagiſter eſt Rex ipſe, Crucem rubram, & in medio albam deferunt; Equites S. Iacobi cum Cruce rubra: & Equi-

Equites *D' Auis* cum Cruce viridi. Primi reſident in vrbe *Tomar*; ſecundi in vrbe *Palamela*; proſtremi in vrbe *Auis*.

In reliquo Hiſpaniæ ſunt octo Archiepiſcopatus, & circiter quadraginta ſeptem Epiſcopatus.

Equeſtres Ordines habet Hiſpania tres. Primus, & præcipuus eſt S. Iacobi. Secundus Alcantaræ. Tertius Calatrauæ.

Flumina in Hiſpaniâ ſunt præcipua, Durius vulgò *Duero*, *Guadiana*, *Guadalquiuir*, & Iberus vulgò *Ebro*.

Titulus Regis Hiſpaniæ ſic habet. Carolus Dei gratiâ Rex Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, vtriuſque Siciliæ, Hieroſolymæ, Portugalliæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallæciæ, Maioricæ & Minoricæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiæ, Algeriæ, Gibiartar, inſularum Canariæ, Indiarum orientalis & occidentalis, inſularum & continentis oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Gheldriæ, Mediolani &c. Comes Auſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonis, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Zutphaniæ &c. Marchio ſacri Imperij,

Dominus Biſcaiæ , Friſiæ , Mechliniæ , Traiecti, Tranſiſalaniæ, Gruningæ. Dominator in Aſiâ & in Aphricâ &c.

CAPVT X.
De Gallia.

GAllia terminos habet, à ſeptentrione oceanum britannicum , & Belgium; ab occaſu oceanum; à meridie Hiſpaniam , & mediterraneum ; ab ortu Lotharingiam , Comitatum Burgundiæ, Sabaudiam , & Italiam. Regio eſt inter 42. & 51. gradum latitudinis, ideòque mira Cæli temperiæ , ſolique vbertate gaudet ; ex quo fit , vt præ cæteris terrarum orbis Regionibus maximam incolarum frequentiam alat. Gallorum populi nullis in virtutibus ſiue moralibus, ſiue intellectualibus mediocritatem patiuntur , ſed qua morum honeſtate , qua liberalium diſciplinarum cultu , cæteris omnibus præſtant, adeò vt noſtris præſertim temporibus diſciplinarum omnium admirabile compendium Gallia meritò nuncupari poſſit; quam felicitatem ſuo præcipuè Regi Ludouico XIV. referre debet acceptam, qui belli paciſque artibus apprimè inſtructus & felicitatem Cæſaris, & Traiani probitatem longè ſuperauit, dignus propterea qui prin-

principem, non modò inter præſentes, ſed etiam veteres Heroas, obtineat gloriæ laudiſque locum. Religionem catholicam cæteri Gallorum Reges defendere, hic & augere in votis habuit; quare loca omnia hæreticorum (quæ plurima ſunt) quibus victricia eius ſigna fuerunt illata, illico & catholicæ religionis vſum ſibi reſtitutum ſenſere. Tolerantur in Galliâ Caluiniani & Ianſeniſtæ ab anno 1561. ſed eorum peſtis, vrgente tanti Regis zelo, priuatis in domibus coercetur nec elatâ fronte impunè graſſatur. Præcipuæ in Gallia Præfecturæ, vulgò *Gouernements*, ſunt 12. ſcilicèt Inſula Franciæ vulgò *Iſle de France*, Burgundia, Normandia, Guienna, Britãnia *Bretagne*, *Champagne*, Languedocia, Picardia, Delphinatus, Prouincia, Lugdunum, & Aurelianum vulgò *Orleans*. Parlamenta ſunt 10. ſcilicèt Pariſij, Tholoſa, *Bordeaux*, *Grenoble*, *Dijon*, *Rouen*, *Aix*, *Rennes*, *Pau*, *Metz*.

Diuiditur nunc Gallia plures in partes, quæ ſunt; Propè Garumnam fluuium *Bearn*, *Guaſcogne*, *Languedoc*, *Rouergue*, *Quercy*, *Perigort*, *Angoumois*, *Saintonge*, & *Guyenne*. Propè Rhodanum amnem ſunt Burgundia, Breſſiâ vulgò *Breſſe*, Delphinatus, Prouincia, *Ceuennes*, & Lugdunenſe territorium, vulgò *Lyonnois*.

Propè Ligerim vulgò *Loire* ſunt, Aruerni *Auuergne*, Borbonium *Bourbonnois*, Niuernenſe territorium *Niuernois*, *Berry*, *Marche*, *Limoſin*, *Poitou*, *Touraine*, *Anjou*, Britannia *Bretagne*, *Maine*, *Perche*, *Beauſſe*. Ad Sequanam ſunt, Campania vulgò *Champagne*, Piccardia, Normandia, & Inſula Franciæ.

Benarnia *Bearn* Regio eſt Hiſpaniæ contermina ad Nauarræos Reges iam ſpectans, cuius metropolis eſt *Pau*, ſedes olim Regum Nauarræorum, in qua natus eſt magnus Henricus Galliæ Rex. Arcem habet optimè munitam, & inſigne Ieſuitarum collegium.

Vaſconia *Guaſcogne* ad pyrenæos ſita, metropolî habet *Auch*, cuius Archiepiſcopatus inter ditiores Galliæ numeratur. In eius cathedrali templo inſignis architecturæ opera conſpiciuntur. Eius ager optimos producit fructus, & præſertim pyra, quæ vulgò dicuntur *buoncriſtiane*. Reliqua loca præcipua ſunt *Marmanda*, *Caſtilmaron*, *Condon*, *Bigorre* Comitatus, in quo ſunt *Baionna*, *Day*, *Archep*, *Baigneres Maulburget*; *Albret* Ducatus, in quo ſunt *Nerac*, & *Monreal*; *Cominge* Comitatus, in quo ſunt *Conſerans*, *S. Bertrando*, *Saliers*, *Lombes*, *S. Matan*, & *Reumes*; *Armagnac* Comitatus, in quo ſunt *Letorre* & *Mignac*.

Lam-

Languedocia Regio eſt pulcherrima in ſuperiorem & inferiorem diuiſa. Superioris metropolis eſt To'oſa, *Thouloufe* quæ magnitudine ac venuſtate cęteras Galliæ vrbes, præter Pariſios, antecellit. Eſt academia celeberrima. Languedocia inferior dicitur pars illa, quæ eſt ad mediterraneum vſque ad Rhodanum protenſa, cuius caput eſt Narbona vrbs antiqua optimè munita, & Mercatorum frequentiâ diues, delicijs cæteriſque omnibus ad humanam vitam neceſſarijs abundat. Reliqua oppida ſunt Mons peſſulanus vulgò *Mompelier* academia, *Aigue morte*, *Niſmes*, *Beziers*, *Carcaßona*, *Mirepois*, *Caſtres*, *Viuiers*, *Aagen*, *Albi*, *Agde*, *Clermonte*, & alia.

Rouergue Regio eſt ad ſeptentrionem Languedociæ, montibus & ſiluis plena, pecoribus abundans. Eius caput eſt *Rodez* antiquitate clara.

Quercy metropolim habet Cadurcos vulgò *Cahors* prope ripas amnis *Lot*. Reliqua oppida præcipua ſunt *Montanban* cum arce munitiſſimâ, *Souilliac*, *Lauſer*.

Perigort Regio eſt ſterilis, ferè nihil aliud quàm caſtaneas & nuces producens. Metropolis eius eſt Petragorij vulgò *Perigueux*, vrbs vetus ſed minimè pulchra.

Angoumois metropolim habet *Angou-*

goulcſme, cuius ager feraciſſimus eſt, vino & frumento abundans.

Sãctonia vulgò *Saintonge* agrum habet omnium frugum copiâ diuitem. Incolæ ex aquâ marinâ plurimum ſalis conficiunt, indeque magnam auri vim capiũt cæteris Galliæ populis vendendo. Metropolis eſt *Saintes* ad ripas fluminis *Charente*, vrbs non admodum nitida. Reliqua oppida ſunt *S. Iean d'Angely Taillabourg*, *Iarnac*, & Rupella vulgò *Rochelle*, vrbs olim hæreticorum ſentina, caput paruæ Regionis *Aunis*.

Guyenne metropolim habet Burdigalã *Bourdeaux*, vrbẽ opulentiſſimam, optimo gaudentem portu, venuſtate ac munitione nulli eſt ſecunda. Reliqua oppida ſunt *Condac*, *Carboniere*, *Bazas*, *Liburnor*, *Blaxe*, *Fronſac*, & alia.

Burgundia Ducatus inter maximas Galliæ Prouincias numeratur. Regionem hanc ab agri fertilitate frugum matrem Galli appellant: vinum excellentis ſaporis producit. Metropolis eius eſt *Dijon* parlamentum, vrbs diues, & pulchra. Reliqua oppida præcipua ſunt *Chalon*, *Autun*, *Beaunie*, *Auzier*, *Maien*.

Breſſia metropolim habet *Bourg en Breße*. Hanc Prouinciam Dux Sabaudus Gallo Regi conceſſit, qui ei Marchionatum Salutij inuicem dedit.

Del-

Delphinatus ſic dicitur ab antiquis ſuis Dominis, qui Delphini dicebantur, quem titulum hodie retinet Primogenitus Regis. Metropolis eſt Gratianopolis vulgò *Grenoble*, vrbs optimè munita, in qua habetur parlamentum. Reliqua oppida ſunt Vienna vulgò *Vienne* antiquitatis ruderibus ſpectabilis, *Embrun*, *Valence*, *Brianzon*, *Montlimar*, *Mura*, & alia. In Delphinatu plura admiratione digna ſpectantur. Propè Gratianopolim eſt fons, aquas flammis coopertas emittens, quibus tamen aqua illa minimè calefit, diciturque vulgò *la fontaine de vif*. Item turris ſine veneno, in quam quoduis animal venenoſum illatum, ſtatim moritur. Prope Viennam eſt Lacus Pilati.

Prouincia vulgò *Prouence* Comitatus eſt, quem Ludouicus XI. à Comitum poſtremo hæres inſtitutus accepit. Ora maritima, & inferior Prouinciæ pars, omni deliciarum vinique copiâ abũdat. Metropolis eius eſt *Aix* Romanorum colonia, vrbs ſatis diues & venuſta, cui ſecundæ ſunt Maſſilia vulgò *Marſeille*, omnium Galliæ vrbium ditiſſima, eius enim Ciues nauigationi mirificam dant operam, & ex orientis præcipuè Regionibus plurimas aduehunt merces; *Tolon* portus celebris, *Digne*, *Antibo*,

Ciſteron, *Apt*, *S. Maximin*, Arelate vulgò *Arles*. Ad Sabaudum pertinent *Nizza* & *Villafranca*. Ad Arauſienſem Principem *Oranges*, vrbs optimè munita. Ad Romanum Pontificem Auenio vulgò *Auignone*, *Carpentras*, & *Cauiglion*.

Ceuennes Regio eſt ad montes eiuſdem nominis ad ripas Rhodani. Metropolis eius eſt *Viuiers* vrbs non admodum inſignis.

Lugdunenſe territorium, vulgò *Lyonneis*, metropolim habet Lugdunum vulgò *Lyon* ad confluentes Rhodani & Sequanæ, quæ vrbs quondam Galliæ celticæ caput fuit, nunc inter illuſtriores totius Galliæ, ditioreſque numeratur.

Aruernia *Auuergne* in ſuperiorem, & inferiorem diuiſa eſt. Superior montibus ac ſiluis aſpera, pecoris diues eſt. Inferior agri fertilitate, & optimâ Cæli temperie gaudet. Metropolis eius eſt Claromontium vulgò *Clermont* vrbs vetuſta. Reliqua oppida præcipua ſunt *Santa Fleur*, *Aurilac*, *Charlat*, *Murat*, *Rien*, *Aiguaperſe*, *Iſſoire*, *Monpenſier* Ducatus, & *Mercurio* Ducatus.

Borbonium, vulgò *Bourbonnois* Ducatus, metropolim habet Borbonium, vnde regia domus Gallorum Regum nomen ducit. Reliqua oppida ſunt *Moulins* vrbs magnificis ornata ſuburbijs & om-

nis

nis generis artificum copiâ abundans. *Monlunzon*, *Varennes*, *Archambaut*, *Genat*.

Niuernenſis Ducatus, vulgò *Niuernois*, metropolim habet eiuſdem nominis ad ripas Ligeris poſitam, in qua magnifica templa, & non vulgaris ſtructuræ alia ædificia conſpiciuntur. Reliqua oppida ſunt *Clamesy*, *Dezize*, *Drouay*, *Corbigny*, *Angelbert*.

Burgenſis Ducatus, vulgò *Berry*, in mediâ Galliâ ſitus eſt, vino, frugibus, & pecoribus Regio tota diues eſt. Metropolim habet Bituricas vulgò *Bourges*, cuius Archiepiſcopus eſt Aquitaniæ Primas. Spectantur adhuc ibi caſtrorum Cæſaris vrbem hanc obſidentis veſtigia. Reliqua oppida ſunt *Argenton*, *Iſſoudan*, *Burleroy*, *Vierſon*, *Aubigny*, *Sancerra* Comitatus, *S. Aignan* Comitatus, & *Monfalcon* Baronatus.

Marchia *la Marche*, Regio eſt ſegetibus, & pecoribus abundans. Eius metropolis eſt *Gueret*.

Lemouicenſe territorium, vulgò *Limoſin*, metropolim habet *Limoges* vrbem diuitem. Reliqua oppida ſunt *Dorat*, *le Boiſſon*, *Conſoulent*, *Berat*.

Pictauienſis Regio *Poitou*, agrum habet feraciſſimum. Metropolis eius eſt *Poitiers* vrbs ampla & diues; ſpectantur

in eâ plurima romanæ antiquitatis veſtigiâ. Cathedralis Eccleſia D. Hilario dicata immediatè ſubeſt collationi Romani Pontificis: eius Abbas eſt Rex ipſe quatenus eſt Pictauij Comes. Ad hanc vrbem Clodoueus anno 504. fudit Gothos, & eorum Regem Alaricum interfecit. Reliqua oppida præcipua ſunt *Fonteney*, *Mont morillon*, *S. Maixent*, *Siuray*, *Talmon* Principatus, *Portenay*, *Caſtelraud* Principatus, *Majalers* Baronatus, *Chauigny*, *Leiſac*, *S. Gilles*, *Touars* Vicecomitatus, *Marton*, *Chabannes*, *Argres*, *Cournille*, *Rochefocaut*, *Mombrum*, *Bouteuille*, *Blaiſſe*.

Turonenſis ager *Touraine* Galliæ viridarium meritò nuncupatur, tùm propter Cæli temperiem mirificè ſalubrem, tùm propter delicias, quibus præ cæteris affluit. Metropolis eius eſt Turonum vulgò *Tours*, ſericei panni texturâ diues. D. Martinum Præſulem habuit. Reliqua oppida ſunt *Langrés*, *Amboiſe*, *Mont ricard*, *Loudun*, *Mirebeau*.

Anjou Ducatus quadraginta & amplius amnibus agrum habet irriguum, qui propterea omnium frugum genere, ac vino præſertim abundat, quod ſecundo Ligeri flumine in alias Galliæ Regiones incolæ tranſmittunt. Metropolis eius eſt Andegauum vulgò *Angers*

aca-

academia celebris: arcem habet muniтiſſimam. Singulare decus huius vrbis memoratur proceſſio, quæ fit quotannis in ſolemnitate Corporis Chriſti, in qua ad 4. millia oppidanorum grandiores cereos manu præſeferentium cunfluunt. Reliqua oppida præcipua ſunt *Saumur*, *Beauge*, *Mont reneau*.

Britannia Ducatus plures habet portus, quibus plurima huic Regioni commoda parantur. In eius mari plurimorum piſcatio piſcium exercetur. Diuiditur hæc Regio in ſuperiorem, & inferiorem: hæc ad mare vergit, illa verò mediterranea eſt. Incolæ rudes ac ruſticani videntur, ſed rebus gerendis multâ ſunt ſolertiâ, & acumine præditi. Metropolis eius eſt *Rennes*, quam duo interfluunt amnes, ſcilicet *Villena* & *Inſula*: vrbs eſt parlamentaria, diues, & ampla, ſed minimè nitida. Reliqua oppida præcipua ſunt Nanetum vulgò *Nantes* ad Ligerim optimè munita, & Mercatorum frequentiâ diues, qui, marino æſtu & Ligeri amne iuuantibus, merces magno commodo illuc aduehũt; *Candal*, *Boul*, *S. Brieu*, *S. Malò* portus, *Rieulx*, *Chaſteau*, *Vitray*, *Montentour*, *Vannes*, *Quimperle*, *Quimpercorantin*, *Breſt* portus, *S. Pac*, *Trigues*.

Limania *le Maine* ſalubri Cælo, & agri

agri feracitate gaudet: metropolim habet *Mans*, loco ſatis commodo & amœno ſitam. Reliqua oppida ſunt *Vendoſme* Ducatus.

Perchenſis ager, vulgò *le Perche*, metropolim habet *Nogent le Retreu* omnium Galliæ vicorum pulcherrimum. Reliqua oppida ſunt *Dreux*, *Morcagne*, *Beleſne*, quæ conſtituunt Ducatum *Anguyen*.

Boſſia, vulgò *la Beauſſe*, metropolim habet Aurelianum, vulgò *Orleans*, Ducatus titulo gaudens, vrbs ad Ligeris ripas ſita eſt. Eius idioma præ cæteris Galliæ politum habetur, ac propterea multi aduenæ linguam gallicam addiſcere cupientes illuc confluunt. Ædificiorum ſplendor, oppidanorum humanitas, agri amœnitas nuſquam alibi maiora ſunt. Reliqua oppida ſunt, Carnotum vulgò *Chartres*, *Ianuille*, *Sully*, *Blois*, *Mont fort*, *Stoudam*, *Anet*.

Campania, vulgò *Champagne*, ſic à campeſtri agro dicta, feraciſſima eſt. In eius territorio fuſus eſt Attila Hunnorum Rex, qui ſe flagellum Dei dicebat. Metropolis eius eſt Trecæ, vulgò *Troyes*, vrbs ditiſſima. Reliqua oppida ſunt Rhemi vulgò *Reins*, vbi aſſeruatur olei ampulla, quod D. Remigio Angelus è Cælo attulit, ad vngendum Regem Clodoueum; *Laigny*, *Straie*, *Chaumont*.

Pic-

Picardia Regio eſt, propter frumenti copiam, horreum Pariſiorum appellata. Metropolis eius eſt Ambianum vulgò *Amiens* vrbs munitiſſima. Cathedrale eius templum nitidiſſimum eſt. Reliqua oppida ſunt *Abbeuille* vrbs & munitionibus & venuſtate nulli Galliarum ſecunda; *Laon*, *Corbie*, *Perone*, *Mondidier*, *Palemont*, *Chauny*, *Crequy* Ducatus, *Veruins* Ducatus, *Guiſa* Ducatus, *Soiſſons* Comitatus, Nouidunum vulgò *Noyon* Comitatus, Fanum Quintini vulgò *S. Quintin* Comitatus, *Retel* Ducatus, *Monſtreuil*, *Paquigny*, *Rue*, *Oye*, Cales portus, *Boulogne*, & alia.

Normandia in ſuperiorem & inferiorem diuiſa eſt, frumento & pecoribus abundat. Plurimæ ſunt in ipſâ vrbes, quarum metropolis eſt Rhotomagum, vulgò *Rouen* vbi maxima eſt Mercatorum multitudo telas præcipuè vendentium, quas ſecundo Sequanâ fluuio in alias terrarum partes tranſmittunt. Reliqua oppida ſunt *Caen* academia, *Conſtances* caput territorij conſtantienſis, *Auranche*, *Breuil*, *Condè*, *Torigny*, *Dieppe* portus, *Harcourt*, *Tancaruille*, *Malcutier*, *Mortain*, *Mont gommery*, *Alenſon* Ducatus, *Haure de grace* portus.

Pariſienſe territorium, vulgò *Isle de France*, eſt Regio delicijs apprimè af-

fluens, cuius metropolis eſt Lutetia Pariſiorum, vulgò *Parigi*, ſedes Regis,& academia toto Orbe celeberrima, ad quam ex omnibus Europæ partibus, ex omni nobilitate quotannis confluunt iuuenes, vt vna cum litteris morum humanitatem addiſcant. Reliqua oppida ſunt *S. Denys*, vbi tumulantur Galliarum Reges, *Senlis*, *Melun*, *Corbeyl*, *Montargis*, *Milly*, *Nemours* Ducatus, *Valois* Ducatus, *Compiegne*, *S. Germain*, & *Fontaine beaue*, quæ poſtrema ſunt duo loca, Regum delicijs ibidem frequenter commorantium, celebria.

In Galliâ ſunt 16. Archiepiſcopatus, ſcilicet *Lyon* Primas totius Galliæ, *Reims*, *Sens*, *Paris*, *Rouen*, *Tours*, *Bourges*, *Bourdeaux*, *Auch*, *Thoulouſe*, *Narbone*, *Arles*, *Aix*, *Embrun*, *Vienne*, *Auignon*. Epiſcopatus verò ſunt pluſquam centum.

Flumina præcipua ſunt Rhodanus, Sequana, Ligeris, & Garumna.

CAPVT XI.

De Germania.

GErmaniæ termini ſunt, à ſeptentrione oceanus germanicus, Dania, & mare balticum; ab occaſu Gallia & Lotharingia; à meridie Italia; ab

ortu

ortu Hungaria, & Polonia. Diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem. Superior vulgò dicitur *Allemagna*. Inferior Belgiũ nuncupatur, & de hac priùs agemus.

Belgium.

Belgium vniuerſum in Prouincias xvii. diuiſum eſt, quarum quatuor ſunt Ducatus, ſcilicèt *Brabantia*, Limburgum, Luxemburgum, & Gheldria; ſeptem ſunt Comitatus, nempè Zutphania, Hollandia, Zelandia, Flandria, Arteſia, Hannonia, & Namurcum; Marchionatus vnus, nempè ſacri Imperij; & Dominia quinque, ſcilicet Mechlinia vulgò *Malines*, Vltraiectum vulgò *Vtrecht*, Tranſiſalania *Oueriſſel*, Friſia, & Groninga. Termini Belgij ſunt, à ſeptentrione oceanus germanicus; ab occaſu Gallia, & Lotharingia; à meridie & ortu ſuperior Germania. Cæli temperies vbiquè ſalubris: ager ferax æquè, ac amœnus. Incolæ venuſti, fortes, & ingenio ſolertiſſimo præditi; nauigandi peritiâ, mercaturæ ratione, belli paciſque artibus, cuiuis alteri genti præſtant. Totum Belgium Auſtriaco Hiſpaniarum Regi erat olim ſubiectum; ſed anno 1581. ciente turbas Orangio Principe, octo ex eius Prouincijs ab illo defecerunt, & nomine fœderatorum Ordinum, vulgò *Prouincie vnite*, in rempubli-

publicam eruperunt, quæ ſunt quatuor ad occaſum, ſcilicet Zelandia, Hollandia, Vltraiectum, & Gheldria: quatuor aliæ ad ortum, ſcilicèt Zutphania, Tranſiſalania, Friſia, & Groninga. Aliæ nouem adhuc ſunt ſub poteſtate Regis.

Zelandia octo præcipuè inſulis conſtat, quarum quatuor maiores ſunt *Vualchren*, *Zuydbeueland*, *Schouuen*, & *Tolen*; quatuor minores ſunt *Northeueland*, *Volfersdik*, *Duueland*, & *Oreſan*. Metropolis Zelandiæ eſt Midelburgum, cui ſecunda eſt Fliſſinga vrbs munitiſſima, & portus celeberrimus in Valacriâ vulgò *Vualchren*. Reliqua oppida ſunt *Dornburg*, *Rammeln*, *Armnyden veera*. In Scaldiâ *Zirichzee*, *Brouuerhonca*. In Zuydbeuelandiâ *Goes* portus & *Romerſvvalde*. In Northeuelandia *Colynſplate* & *Catzbech*.

Hollandia fœderatarum Prouinciarum ditiſſima eſt; tanta nauigiorum copia ibi reperitur, vt plures vulgò dicatur ædes in mari, quàm in terris habere. Omnis generis mercibus & texturâ cuiuſuis panni celebris redditur. Eius littora ſunt oceano depreſſiora; ex quo fit, vt aliquando ex aquarum illuuie plurima patiatur damna. Metropolis eius eſt *Amſtelodamum* vulgò *Amſterdam*, tantâ Mercatorum frequentiâ, omniſque generis mercium copiâ abundans, vt totius

orbis

orbis officina meritò nuncupetur. Reliqua oppida præcipua ſunt *Leyden* academia celebris, *Harlem*, *Roterdam*, *Enchuſem*, *Guirtemberg*, *Alchmar*, *Brille* portus ad meridionalem oram, & *Texel* portus ad plagam ſeptentrionalem; *Horna*, *Delft*, *Dordrecht*, *Haya* vicus delicijs affluens, in quo fœderatorum Ordinum conuentus habentur.

Vltraiectum Dominium eſt, metropolim habens eiuſdem nominis, vrbem ſatis pulchram & amplam, eo loco ſitam, ex quo vnius diei itinere pluſquam in quinquaginta ſex vrbes vicinas migrari poteſt. Reliqua oppida ſunt *Amerſfort*, *Rhenen*, *Montfort*.

Gheldria metropolim habet Ruremundam, vrbem vetuſtam ad Moſam amnem, quæ ſimul cum Gheldriâ, *Thiel*, *Venlo*, *Stralem*, *Elborch* & *Vvrageningen* Hiſpanum Regem audit. Nimega verò cum *Arnehim*, *Bommela*, *Elburg*, *Loueſtein*, *Harderſvvach*, *Atten*, *Rees Emmerich*, *Rheinberg*, *Orſag*; *Voerſchantz*, *S. Andre ſcantz*, & *Schěchenſcantz* fœderatos agnoſcit. *Bornen*, & Colemburgium Comitatus ad Orangium pertinent.

Zutphania metropolim habet eiuſdem nominis, cui ſecundæ ſunt *Grolle* munitiſſimum oppidum, *Duisburg*, *Doeſlecom*, *Locbom*.

Tran-

Tranſiſalania Metropolim habet Dauentriam vulgò *Deuenter*, cui ſecundæ ſunt *Coeuorden* cum arce figuræ pentagonæ inter Europæ munitiſſimas numerata *Zuuolle*, *Steenvvich*, *Huſſelt*, *Hardenburg*, *Vollenhouen*, *Geelmuyden*, *Meppel*, *Ootmarſen*, *Oldezeel*, *Omme*.

Friſia occidentalis, ſeù minor, metropolim habet *Leuuarden* probè munitum oppidum; cui ſecundæ ſunt vrbes *Dokum*, *Harlingen* mercaturâ celebris, *Francker*, *Slotten*, *Ilſt*, *Stauern*, *Vvorchum*, *Bolſvvaert*, *Sneech*, *Bolſvvaert*.

Groninga metropolim habet Groningam, cuius ager ferax admodum eſt, & pecore abundans. In hac Prouinciâ non ſunt aliæ vrbes inſignes, ſed multæ identidem arces ſpectantur.

Quod reliquum eſt Belgij Catholico Regi paret, cuius quæ Galliæ contermìnæ ſunt Prouinciæ, ſcilicet Flandria, Arteſia, Hannonia, & Luxemburgum, *Vvallones* dicuntur.

Flandriæ Comitatus adeò ciuitatibus & oppidis refertus eſt, vt totus vnius continentis vrbis formam præſeferat. Vna hæc ex prouincijs catholicis maris commodo fruitur. Metropolis eius eſt *Gandauum* vulgò *Gandt* vrbs pulcherrima & adeò ampla, vt 36. millia ædificia complectatur. Reliqua oppida ſunt Brugæ

vulgò

vulgò *Bruges*, Tornacum *Tornay*, Cortracum *Cortray*, Duacum *Douay*, Hypra *Ipri*, Neoportus *Nieuport*, Dunkerca *Duincherche*, *Oſtenda*, *Grauelinga*, *Andenaide*, *Andemburg*, *Bierulict*, *Sluſa*, *Iſendijch*, *Aelſt*, *Lilla*, *Hulſt*; *Grauelinga* tamen & *Duincherche* Gallorum ſunt. *Hulſt* verò fœderatorum Ordinum ditioni ſubeſt.

Arteſia *Artois* metropolim habet *Arras* vrbem maximis munitionibus tutam, in qua eſt prædiues Abbatia *S. Vaaſt*. Reliqua oppida ſunt *Hesdin* figuræ exagonæ mirificè conſtructæ, *Bapaume* loco muniſſimo, & difficillimæ obſidionis ſitum, propter aquarum inopiam, qua ipſius ager laborat, *S. Omer*, *Aire*, *S. Paul* Comitatus, *Lens*, *Bucquoy* Comitatus, *Bethunes* Comitatus, *Prouay* Comitatus, *Terouenne*. *Arras* tamen & *Heſdin* ad Gallum ſpectant.

Hannonia metropolim habet Montes *Mons*, vrbem amplam tribus foſſis circumſeptam. Eſt in ipſâ collegium ſacrarum mulierum, quæ Canonicæ appellantur, quæ in huiuſmodi collegium cooptari nequeunt, niſi nobilitatem ex octo gradibus oſtenderint, & nubendi libertate fruuntur. Reliqua oppida ſunt Valencenæ, vulgò *Valenciennes*, pluribus propugnaculis, & aggeribus munita

nita; *Landrechies*, *Auennes*, *Queſnoi*, *Bouchaim*, *Filippeuille*, *Mariembourg*, *Hallen*, vbi eſt imago Deiparæ virginis, ad quam miracula Deus quotidie operatur; *Enghien* Ducatus, *Condè* Principatus, *Chymay* Principatus, *Ligne* Principatus, *Brabanſon* Principatus.

Luxemburgum metropolim habet eiuſdem nominis, cuius mœina, cum inæquali loco ſita ſint, difficile defendi poſſunt ab hoſtium incurſu. Reliqua oppida ſunt *Thionuille* ad Gallum ſpectans, *Damuilliers*, *Montmedy*, *Rodenachera*, *Arlon*, *Grauemachera*.

Brabantia Ducatus metropolim habet Bruxellas, vbi habitat Belgij Gubernator pro Hiſpaniarum Rege. Reliqua oppida ſunt Louanium vulgò *Louuain*, *Breda*, Buſcadueum vulgò *Bosleduc*, *Mega* Comitatus, *Raneſtain*, *Horna* Comitatus, *Bergopſon*, *Graue*, *Herentals*, *Eindhouuen*, *Helmond*, *Niuelle*, *Dieſt*, *Gemblurs*, *Aſcot*, *Lier*.

Marchionatus ſacri Imperij metropolim habet Antuerpiam adeò pulchram, vt ſolam toto in orbe Florentiam ſuperiorem patiatur. Optimè munita eſt arce præſertim figuræ pentagonæ. Patres ſocietatis Ieſu nullibi templum venuſtius habent. Mercatorum magna in ipſâ eſt frequentia, quæ maior

erat

erat antequam Bataui Amſtelodamum ex Indiâ merces conuehi curarent. Tanta in hac vrbe hominum multitudo eſt, vt quingenta millia ſupra decies centena numerentur.

Mechlinia *Malines*, metropolim habet eiuſdem nominis in planicie ad amnem *Demer* ſitam. In hac vrbe catholicarum Prouinciarum generales conuentus habentur.

Namurcum metropolim habet *Namur* ad confluentes Moſæ & Sambræ ſitam. Vrbs præ cæteris munita eſt, cui ſecunda eſt *Charlemont*.

Limburgum Metropolim habet eiuſdem nominis arce ſupra rupem ſitâ optimè munitam. Reliqua oppida ſunt *Fauquemont*, *Dalem*, *Roldulch*, *Falcolurg*.

Leodienſis ager, totus ferè hiſpanicæ ditionis prouincijs circumſeptus, metropolim habet Leodium vulgò *Liege*, cui ſecundæ ſunt Traiectum vulgò *Maſtrich*, & *Dinant*, vrbes munitiſſimæ pluribus obſidionibus fortiter latis claræ.

Cameracum, vulgò *Cambray*, eſt in terminis Galliæ in planicie ſitum duabus arcibus munitum. Fiunt hîc telæ ſubtiliſſimæ, quas incolæ per totam Europam vendendas tranſmittunt.

Ger-

Alemannia.

Germania ſuperior terminatur, à ſeptentrione Daniâ, & mari germanico: ab occaſu Lotharingiâ, & Comitatu Burgundiæ; à meridie Heluetiâ, & Italiâ; ab ortu Illyrico, Hungariâ, & Poloniâ. Licèt aſſiduis bellis concutiatur Germania, frequentiſſimos tamen incolas habet. Sedes eſt Imperij Romani, quod à ſeptemuiris, qui Electores dicuntur, Regi Romanorum confertur; ac propterea ſolet Imperator titulum Regis Romanorum filio ſuo primogenito tribuere, vt ſic ipſi tutum ad Imperium aditum patefaciat. Sunt ſeptemuiri, Archiepiſcopus Moguntienſis, Archiepiſcopus Treuirenſis, Archiepiſcopus Colonienſis, Rex Bohemiæ, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandemburgenſis; octauum Electorem Principem Palatinum Imperator, ad pacis fœdera concilianda, reſtituit. Diuiditur Germania in has partes, Alſatiam, Palatinatum Rheni, Franconiam, Sueuiam, Vvirtenbergium, Bauariam, Palatinatum Bauariæ, Bohemiam, Sileſiam, Morauiam, Auſtriam, Carinthiam, Carniolam, Stiriam, Vveſtphaliam, Harſiam, Brunſuicum, Turingiam, Miſniam, Luſatiam, Saxoniam, Michelburgum, Brandemburgum, Pomeraniam, & Comitatum Tirolis.

Alſatia clauditur Heluetijs, Lotharingiâ, Palatinatu Rheni, & Ducatu Vvirtembergenſi. Eximia eſt eius agri fertilitas. Diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem. Superior eſt pars meridionalis, cuius Metropolis eſt *Briſac* oppidum optimè munitum. Inferioris caput eſt Argentoratum vulgò *Argentina* ad Rheni ripas. Reliqua oppida ſunt Seleſtadium, *Hagenavv*, *Vviſemburg*, *Colmar*, *Malahuſſen*, *Offemburg*, *Bada* Marchionatus, & Monsbelliardus Comitatus.

Palatinatus Rheni eſt Alſatiæ ad ſeptentrionem. Ager eius frugibus & vino abundat. Metropolis eſt *Heidelberga*, ſedes Palatini, academia celebris. Eſt in ipſâ bibliotheca magni nominis. Tota vrbs eſt probè munita. Reliqua oppida ſunt *Filisburgum*, *Maſpachium*, *Herpachium* Comitatus, Spira, *Vormes*, *Franchentalia*, Lindauium, & *Apenein*.

Franconia eſt Palatinato ad orientem Mœno flumine interfluente. Metropolis eius eſt Francofordia ad Mœnum vulgò *Franfort*, quò conueniunt Electores, quando Imperator eligendus eſt. Reliqua oppida ſunt *Bomberga* in planitie ſita, cuius ager vinum frumentumque producit. *Vvirtzburg*, *Dulembac*, *Anſpac*, *Vvertin*, *Vvinsbein*, *Fulpa*.

Vvirtemberga Ducatus eſt Alſatiæ

ad orientem. Interfluit Regionem amnis *Nechar*, cuius aquis mirè ferax redditur. Metropolis eſt *Vvirtemberg* vrbs ditiſſima, & munitionibus optimè firmata. Reliqua oppida ſunt Tubinga academia celebris, *Stugard* ſedes Ducis, plurimis vineis circumſepta, quæ vinum etſi non optimum, tamen plurimum producunt; *Esling*, *Meoburg*, *Hailborn*.

Sueuia eſt Ducatui Vvirtembergenſi orientalis. Metropolis eius eſt Auguſta Vindelicorum vulgò *Ausbourg*, vbi ſuam confeſſionem auguſtanam hæretici proteſtantes confecère. Reliqua oppida ſunt *Guntzperg* caput Marchionatus Burgauij, Rotemburgum caput Comitatus Hoembergij, *Villingen* caput Lantgrauiatus *Bar*, Stokachium caput Lantgrauiatus Nellemburgi, Rhinsfeldium, Seckingenia, Lauffembergium, Valdeſuthum, quæ ad familiam auſtriacam pertinet; Dillingenium ad Epiſcopum Auguſtanum, Mersburgium ad Epiſcopum Conſtantienſem, Comitatus Ectingenij *Oetingen* Furſtembergij, *Hoenzollern* Baronatus Valdeburgij, & Papenemij *Pappenheim*. Vrbes cæſareæ aliæ ſunt ad ſeptentrionem, aliæ ad meridiem Danubij: ad ſeptemtrionem præcipuæ ſunt *Halla*, Norlingemium *Norlingen*, Vviſemburgum, Donauertum,

Vlma,

Vlma, Gemunda, Eſlingenium, Retlingenium, Rotuuilia *Rotuueil*, Aulenum. Ad meridiem ſunt Conſtantia, Vberlingenium, Bibrachium, Buchauia, Memingenia, Kamptia *Kempten*, Rauespurgium, Lindauium in lacu, & Buchornia.

Comitatus Tirolis omnium in Europa maximus ad auſtriacã gentem ſpectãs metropolim habet Oenipontem ſiue Inipontem vulgò *Inſpruk*, vrbem nec magnam nec pulchrã; cui ſecundæ ſunt Halla vbi conficitur ſal, *Schuaezia*, Tridentũ.

Bauaria Ducatus eſt ad ſeptentrionem Comitatui Tirolis. Metropolis eius eſt Monachium vulgò *Monich* ſeù *Munchen*, ſedes Ducis, inter pulcherrimas Germaniæ vrbes meritò habita. Reliqua oppida ſunt *Vaſſerbourg* fortiſſimo loco ſitum, in quo theſauri Ducis aſſeruantur, Ingolſtadium academia, *Rain* arx munitiſſima, *Landshutum*, Straubingium, Ratisbona, Paſſauia, & Nerembergiũ vrbs fœderata ad fines Franconię.

Bohemia Regnum ad orientem Franconiæ, in vmbilico totius Germaniæ ſitum, electiuos olim habebat Reges, nunc hæreditarium eſt auſtriacæ gentis. Eius ager præ cæteris totius Germaniæ altus exiſtimatur, quia cum in ipſum nulla ſe euoluant flumina, ex ipſo tamen

plura profluunt. Frumentum & hordeum plurimum gignit, vino caret, maximis hyemis frigoribus vitium culturam prohibentibus. Argenti & aliorum metallorum fodinas habet. Metropolis eius eſt Praga, tres in partes diſtincta, quarum nomina ſunt vetus, noua, & parua. Vrbem Vltauia flumen interfluit, quod lapideo ponte 24. arcuum iungitur. Apud Pragam deletus fuit exercitus Palatini electi Regis Bohemiæ à copijs Ferdinandi II. Imperatoris. Reliqua oppida ſunt *Tzebona* arx validiſſima, Cutemberga, *Pilſen*, *Buduueis*, *Leutomiſsel*, *Iaueuuitz*, *Egra* vbi iubente Ferdinando II. cæſus eſt Valeſtainus cæſarei exercitus Imperator anno 1634. *Glatz* Comitatus, *Elnbogen*, *Leuthmeirs*, *Satz*.

Sileſia ad Bohemiæ Regem ſpectans, auri, argenti, ferrique fodinis diues eſt. Metropolis eius eſt *Breslau* Vratiſlauiæ caput, vrbs nitidiſſima, & probè munita. Reliqua oppida præcipua ſunt *Ratibor*, *Iegerndorf*, *Grosglogau*, *Croſsen*, *Oppelen*.

Morauia Marchionatus ad Bohemiæ Regem pertinens, metropolim habet *Brinn* vrbem munitiſſimam; cui ſecundæ ſunt *Olmutz*, *Igla*, *Nicolasburg*.

Auſtria vnicus in Europâ Archiducatus ad Imperatorem ſpectat. Diuiditur

ſuperiorem & inferiorem. Superioris metropolis eſt *Lintz*; metropolis inferioris eſt Vienna, ſedes Imperatoris egregiè munita. Reliqua oppida ſunt *Neuſtat*, *Crems*.

Carniola Ducatus ad auſtriacam gentem ſpectans, in ſuperiorem & inferiorem diuiditur. Superioris metropolis eſt *Czirnitz* ad lacum piſcibus magnopere abundantem. Inferioris caput eſt *Laubach*. Reliqua oppida ſunt *Metlin* Comitatus Cilleienſis caput; *Rudolfsuerd* Marchionatus Vindeſij caput, *Goritia*, *Crainburg*.

Carinthia Ducatus in inferiorem & ſuperiorem diuiditur. Metropolis ſuperioris eſt *Villach*; inferioris caput eſt Fanum S. Vitti, *S. Veitt*. Reliqua oppida ſunt *Ortemburg* Comitatus, *Lauemund*, *Gurch*.

Stiria in ſuperiorem & inferiorem diuiditur. Metropolis totius eſt *Gratz* ad amnem Meram ſita, arce inexpugnabili munita. Academia toto orbe celebris eſt. Reliqua oppida ſunt *Pruck*, *Seckau*.

Vveſtphalia diuiditur in Principatus Eccleſiaſticos, Seculares, vrbes imperiales, & liberas fœderatas vulgò *Anſiatiche*. Eccleſiaſtici ſunt Epiſcopi Monaſterienſis *Munſter*, *Paderborn*, *Oſnabrug*,

Minden ad Electorem Brandemburgenſem ſpectans, *Coruei* Abbatia. Seculares ſunt Ducatus Arembergij, Comitatus Lipſiæ, *Valdech*, *Oldemburg*, *Noiz*, *Diefolt*, *Linghen*, *Hanavv*, *Naſſauius*, *Camark*, *Ritberg*. Imperialis *Brakel*. Fœderatæ *Heruorden*, *Ham*, *Vnna*, *Lipſlad*, *Bilcfeld*, *Coesfled*.

Haſſia Lantgrauiatus eſt ad meridiem Vveſtphaliæ. Metropolis eiuseſt *Caſſel*, ſedes Lãtgrauij. Reliqua oppida ſunt *Marpurgum* academia celebris, Valdcchia Comitatus, *Corbach*, Veterauia Comitatus, *Iſembourg*, *Hanau*, *Solms*, Fulda Abbatia, & *Hirfeld* Abbatia.

Brunſuicenſis Ducatus metropolim habet *Volfembutel* ſedem Ducis arce validiſſimâ munitam. Reliqua oppida ſunt *Hildesheim*, *Eichfeld*, *Duderſtat*, *Gottingen* Ducatus, *Grubenhagen* Ducatus, *Goslar*, *Brunſuich*, *Hamelen*, *Hanarer*; hæc poſtrema tria oppida fœderata ſunt.

Thuringia Lantgrauiatus metropolim habet Erfodriam *Erfort*, vrbem liberam inter ampliſſimas totius Germaniæ numeratam. Reliqua oppida ſunt *Veimar* Ducatus, *Salfed* Abbatia, *Eiſenach* Ducatus, *Svvartzembourg* Ducatus, *Gleichen* Comitatus, *Mulhauſen* vrbs cæſarea.

Miſnia Marchionatus ad Saxoniæ Du-

Ducē ſpectat; metropolis eius eſt *Desdre* ſedes Electoris Saxoniæ optimè munita. Reliqua oppida ſunt *Meiſſen*, *Leipſic*, *Lutzen*, *Breitensfeld*, *Frideberg*, vbi tumulantur Electores Saxoniæ; *Naumbourg*, *Mersbourg*, *Torgou*, *Mulberg*, apud cuius mœnia Carolus V. Imperator fudit Fridericum Saxoniæ Ducem; *Prima*, *Zuichau* caput Voetlandiæ, *Altembourg* Ducatus.

Luſatia feudus Bohemiæ ad Saxoniæ Ducem pertinens, diuiditur in ſuperiorem & inferiorem. Superioris metropolis eſt *Gorlitz*, metropolis interioris eſt *Sorau*. Reliqua oppida ſunt *Bautzen* ſedes Gubernatoris, *Zittau*, *Lauben*, *Camentez*, *Liebau*, *Cotbus* Dominium.

Saxonia Regio eſt ad Albim fluuium vſque ad oceanum germanicum ſitā. Diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem. Metropolis ſuperioris eſt Vittēberga, ſedes Electoris, academia magni nominis. Hîc Lutherus execrabilem hæreſis ſuæ luem primo euomens, totius chriſtiani orbis detrimento catholicum triticum peſſimis immiſcuit zizanijs. Vrbs eſt optimè munita. Inferioris metropolis eſt *Lauemburg*. Reliqua oppida ſunt *Hall*, *Halberſtad*, quæ duo ad Brandemburgenſem ſpectant; *Anhalt* Principatus, cuius caput eſt *Deſſau*; *Mansfelt* Comita-

tus, *Stolberg* Comitatus, *Hoſnſtin* Comitatus, *Barbi* Comitatus, *Magdeburg* vrbs fœderata, *Brema*, *Ferden* Ducatus, cuius caput eſt *Rotemburg*; *Lubeca* vrbs fœderata, *Hamburg* Ducatus; *Lunebourg*, ad quem pertinent *Cell*, *Gisborn*, *Harbourg*, *Danneborg*. Reliquæ ſcilicet *Stade*, *Buxteud*, *Lunebourg* & *Vltzen* fœderatæ ſunt.

Michelburgenſis Ducatus metropolis eſt *Suuerinum*, ſedes Ducis ad lacum eiuſdem nominis, vndè olim foſſam ducere conati ſunt Germani, qua Albim amnem baltico mari committerent. Reliqua oppida ſunt *Ratzebourgum*, *Guſtrouia*, *Michelburgum* ferè totum dirutum, *Viſmaria* portus celebris vrbs fœderata, & Roſtochium academia non vulgaris.

Brandemburgenſis Marchionatus in tres Prouincias diuiſus eſt, ſcilicèt veterem Marchiam *Atlmark*, mediomarchiam *Mittelmark*, & nouam Marchiam *Neumark*. Veteris Marchiæ caput eſt *Steindellium*, cui ſecunda eſt Tangermunda vrbs valdè pulchra, & probè munita. Mediomarchiæ metropolis eſt Berlinum munitiſſimum oppidum, ſedes Electoris; cui ſecundæ ſunt Brandemburgum, Hauelbergia, Lebuſium, Francofurdia ad Oderam, Vitſtochium, apud cuius mœnia fuſi ſunt à Suecis cæſarei milites anno 1636. Veteris Marchiæ caput

caput eſt Cuſtrinum *Cuſtrin* ad Oderæ ripas; cui ſecundæ ſunt Lanſpergia, Bernaldia, Sonebergium olim ſedes magni Ieroſolimitanorum Equitum Magiſtri.

Pomerania Ducatus in ſuperiorem & inferiorem diuiditur. Regio ferè tota campeſtris eſt, ſolo admodum feraci. Metropolis eius eſt Stetinum ad Oderam munitiſſimum oppidum; cui ſecundæ ſunt Stralſundia ad maritimam oram, Mercatoribus frequens, Griphiſualdia, academia, Anelaminum, Colnauia, Stargardium, Colbergia, Nouogardia, Bergardia, Rugia *Rugen* in inſulâ eiuſdem nominis, Caminium *Camin*, & Lenembergium.

Pro complemento deſcriptionis Germaniæ notare placet, vrbes liberas Germaniæ vulgò dici *Anſiatiche*, quod nomen ſignificat fœderatas in ora maritima; quare omnes huiuſmodi vrbes, vel ſunt in littore maris, vel ad ripas fluminum, quæ naues patiuntur. Principio fœderis erant 80. ſed anno 1518. quatuordecim ab ipſis ſeiunctæ ſunt; quare nunc ſunt tantum 66. Fœdus hoc inter ſe pepigêre, vt inuicem ab hoſtibus ſe tuerentur, & mercaturæ commercia mutuo fouerent. Nunc partim earum Imperatori, partim Hiſpano Regi, partim Polono, partim Sueco parent. Aliæ

Colonienſem, aliæ Magdeburgenſem Archiepiſcopos audiunt: aliæ Duci Luneburgij, aliæ Haſſiæ Dinaſtæ, & Belgis parent. Quatuor membra, ſeù præcipuæ fœderis vrbes numerantur, ſcilicet Lubeca, Colonia, Brunſuicum, & Dantzica. Fœderatæ vrbes Lubecæ ferè toto anno conuentus habent, & communes mercium officinas aperuêre, Brugis in Flandriâ, Londini in Angliâ, Bergæ in Noruegiâ, & Nouogradi in Ruſſiâ, maximiſque priuilegijs gaudent. Mercatores fœderatarum vrbium vulgari nomine dicuntur *Oſterlings*, & per totam Europam nauibus præſertim anglicis merces ſuas tranſmittunt.

Flumina in Germaniâ inferiori præcipua ſunt, Scaldis, Moſa, & Rhenus. Scaldis originem habet ad Catelitum in Piccardiâ; vnde Cameracum, poſtea Valencenas in Hannoniâ, & Gandauum in Flandriâ; indè Antuerpiam alluit, ibiquè optimum efficit portum: inde diuiſum in plura oſtia, inſulas Zelandiæ tùm inter ſe, tùm à Flandriâ & à Brabantiâ diſterminat. Moſa originem habet in Campaniâ vulgò *Chumpagne*, indè Lotharingiam fluens, Virodunum, & *Stenay* alluit: regreditur poſtea in Campaniam, Sedanum & Caroleuillam interfluens; hinc Belgium intrans hi-

ſpanam ditionem, & leodienſem agrum, Geldriamque irrigat, Ruremundæ mœnia præterfluens. Rhenus ex Heluetijs originem ducens lacus, conſtantienſem & cellenſem format, pontibus iungitur ad vrbes Conſtantiam, Steinum, Dieſſembrouium, Schafouſiam, Rhinouium, Egliſouiam, Keiſerſtallam, Lauphemburgium, Sechingenium, Rhinfeldiam, Baſlium, Briſachium, & Strasburgum: inferiorem Palatinatum alluit; inde Moguntiam, Treuiros, Coloniam, Cliuienſem Ducatum, & Bergenſem: ad Arcem Schenchiã in Gheldriâ in duo diuiditur brachia, quorum dexterum Rhenus, ſiniſtrum *Vvahal* nuncupatur. Ad oppidum deindè *Duerſteduuik* Rhenus nomen amnis Lechij ſuſcipit. Vvahalia Mimegam, Tielíumque alluit, & ad arcem S. Andreæ format cum Moſâ inſulam Bommeliam.

In Germaniâ ſuperiori flumina præcipua ſunt Danubius ſeù Iſter, Viſurgis, Albis, & Odera. Danubius in Sueuiâ ortus ad orientem fluit per Bauariam & Auſtriam, vrbes alluens, Donauertum, Neoburgum, Ingolſtadium, Ratisbonam, Paſſauium, *Lints*, & Viennam; inde in Hungariam, & Thraciam ſe euoluens, in pontum euxinum intrat. Viſurgis vulgò *Veſſer* in Franconiâ ortus, mare

germanicum petit. Albis fontes ſunt in Bohemiâ, ex qua in oceanum germanicum fluit, vrbes irrigans *Arniam*, *Catembergium*, Dresdam, Meiſſeniam, Torgauium, Vittembergam, Magdeburgum, Darnam, Hamburgum, & Ghiſtadium. Odera ex Morauiâ in balticum mare per vrbes Ratiboriam, Oppelemium, Breſlauiam, Groglauiam, Croſſenam, Francofurdiam, & Stetinum intrat.

CAPVT XII.

De Regionibus intermedijs.

QVæ Regiones inter Galliam Germaniam & Italiam ſunt, intermedias dicere placet. Sunt autem Friſia orientalis, Cliuia, Ducatus Iuliacenſis, Archiepiſcopatus Moguntienſis, Treuirenſis, & Colonienſis, Lotharingia, Comitatus Burgundiæ, Helueti), & Sabaudia.

Friſia oriẽtalis eſt inter fluuios Amaſium, & Viſurgim, ac mare germanicum. Magna huius Regionis pars cum vrbe Meloduno, ac 30. ferè oppidis ſubmerſa eſt oceani fluctibus anno 1492. Metropolis eius eſt Embda *Emdem* ad Amaſij fluminis oſtium. Reliqua oppida ſunt Aſſelinga, Lingenium, Oldemburgum.

Cli-

Cliuiæ Ducatus metropolim habet Cliuiam *Cleues*; cui ſecundæ ſunt Veleſium, *Vveſel*, Scombergium, & Riemberga.

Ducatus Iuliacenſis metropolim habet iuliacenſem vrbem *Giuliers*; cui ſecundæ ſunt Aquisgranum, Midecia, & Durena.

Archiepiſcopatus Moguntienſis metropolim habet Moguntiam *Mentz* ad Rhenum, ſedem Electoris; cui ſecundæ ſunt Aſchaffemburgum, & Biggenium.

Archiepiſcopatus Treuirenſis metropolim habet Treuiros *Treueri*; cui ſecundæ ſun Coblentia *Coblens*, Veldantia *Veldens*, Zelbiſtenium *Zelbiſtin*, Hermerſtenium *Hermenſtein*.

Archiepiſcopatus Colonienſis metropolis eſt Colonia; cui ſecundæ ſunt *Bona*, Ordinghemium *Ordinghen*, *Nuis*, Eſſepenium *Eſſipen*, Endernachia *Endernac*, Boſenhemium *Boſenehin*.

Lotharingia Ducatus metropolim habet Nanceium *Nancy*, arce munitiſſimâ firmatam. Reliqua oppida ſunt *Metz*, *Toul*, *Verdun*, *Marſal*, *Moyenuik*.

Contermini Lotharingiæ ſunt Comitatus Sarbrucenſis *Sarbruch*, Comitatus Biteſchienſis *Bitſch*, Comitatus Lutzelſtenius *Lutzelſtein*, Comitatus Salmenſis *Salm*, & Principatus Falſoburgij *Falsbourg*. Comi-

Comitatus Burgundiæ *la franca Contea*, quæ Burgundia ſuperior appellatur, in tres partes, ſeù baliuiatus diuiditur, ſcilicet ſuperiorem, inferiorem, & medium. Superioris caput eſt Greuium *Grey*; inferioris caput eſt Salinium *Salins*, à ſale ibi confici ſolito ſic dicta, vrbs duplici arce munita eſt; mediæ caput eſt Dola *Dole*; cui ſecundæ ſunt Veſontio *Biſanzone*, Bleteranum *Bleterans*, & *Ioux*. Contermini huic Prouinciæ ſunt Monsbelliardus *Mombelliard* Comitatus, & Lura *Lure* Abbatia, cuius Regulus plura alia oppida poſſidet.

Heluetij Regio eſt perpetuis montibus inuia, qui ferè ſemper niuibus rigent. Pecoribus abundat. Gens labori perpetuò aſſueta, belli gloriâ adeo excellit, vt maximi Europæ Principes cum ipſâ libenter ineant fœdus. Nobilitas admodum rara inter ipſos. Diuiduntur Heluetij in tresdecim pagos, qui veluti totidem reſpublicæ libertate fruuntur, quorum vulgata nomina ſunt, *Zurich*, *Berna*, *Lucerna*, *Vri*, *Svvitz*, *Vnderualden*, *Zugh*, *Glaris*, *Baſilea*, *Fribourg*, *Soleur*, *Schafouse*, & *Appenzel*. Septem ex ipſis catholicam fouent religionem, ſcilicet *Lucerna*, *Vri*, *Svvitz*, *Vnderualden*, *Zugh*, *Fribourg*, & *Soleur*. Proteſtantium hæreſim amplectuntur quatuor, ſcili-

ſcilicet *Zurich*, *Berna*, *Baſilea*, & *Schafouſe*. Duo mixtam ex catholicis & proteſtantibus religionem habent nempe *Glaris* & *Appenzel*. Catholici conuentus habent Lucernæ: Proteſtantes in pago *Arau*. Generales omnium conuentus fiunt quotannis in oppido *Baden*, balneorum mirâ ſalubritate conſpicuo. Heluetijs ſubiecti ſunt Comitatus Badenſis, Rorenſis, & Sarganenſis; Baliuiatus Bremgartenſis, Merlingenſis, Bellimonenſis, Gaſterenſis, Vzenacenſis *Vzenach*, Granſonius *Granzon*, Moratenſis, Orbenſis, & Swartzemburgenſis, Comitatus *Raperſvviler*, vbi eſt pons ſublicius longitudinis paſſuum pluſquam 1500. Comitatus Verdembergenſis, & Baronatus Altoſaxij *Altſax*.

Fœderati cum Heluetijs ſunt Griſones, quorum vnica vrbs nomine *Coire* eſt emporium mercium, quæ ex Italiâ in Germaniam conuehuntur, cum ad ipſam Rhenus incipiat eſſe patiens nauigiorum. Geneuates etiam cum Heluetijs fœdera ſanxerunt.

Sabaudia olim Allobroges, habet à ſeptentrione lacum lemanum, per quem à pago *Berna* diuiditur; ab occaſu & meridie Breſſiam, & Delphinatum: ab ortu Pedemontium; & Valleſios. Regio tota alpibus occupata magnis fri-
goribus

goribus premitur, cum ex iugo, quod glaciale & maledictum vocant, nec æſtate nix expellatur. Metropolis eius eſt Camberia *Chambery*; cui ſecundæ ſunt Anniſium *Annesy* in agro geneuenſi, ſedes Epiſcopi Geneuenſium, Thononia *Thonon* in agro chabalenſi, Monſmelianus *Momliano* arce munitiſſimus, Tarantaſia, Cluſa in agro foſſinienſi *Fauſſigny*, Monaſterium *Monſtiers*, Fanum S. Ioannis in agro morinenſi *S. Iean de Morienne*, & Geneua reſpublica ad lacum lemanum ſita, infamis hæreticorum ſentina, vbi Caluini, & Bezæ eius diſcipuli, ſepulchrum ſpectatur.

CAPVT XIII.
De Dania.

Daniæ termini ſunt à ſeptentrione, & occaſu oceanus; à meridie Germania; ab ortu mare balticum, & Suetia. Partes Daniæ ſunt Iutlandia peninſula, inſulæ ad fretum balticum, & Scania.

Iutlandia, olim cimbrica cherſoneſus, in ſeptentrionalem & meridionalem diuiditur. Septentrionalis habet vrbes *Ripen*, *Arhuſen*, *Alborg*, & *Vviborg* vniuerſitate celebrem. Meridionalis continet duos Ducatus, nempè *Sleſuik*, & Holſatiam.

Sleſui-

Sleſuicenſis Ducatus caput eſt Sleſuicum, vrbs quōdam celebris, nunc tamen tenuiſſimæ fortunæ; huic ſecundæ ſunt *Flensbourg*, *Haderslevven*, & *Fredericſtad* portus percommodi, & mercaturæ emolumentis locupletes.

Holſatia plurimis obſita ſiluis, pecori & præcipuè ſuibus alendis aptiſſima, non vulgaria inde capit emolumenta. Incolæ piſcationi, & lignis cædendis maximè aſſueti, victum hiſce artibus quærunt. In quatuor partes diuiditur Regio, ſcilicèt Holſatiam, Vvagriam, Stormariam, & Ditmarſiam. Præcipuæ vrbes in Holſatiâ ſunt *Kiel*, & *Rendsbourg*; in Vvagriâ *Segeberg*, in Stormariâ *Krempe*, & *Glukſtad*; in Ditmarſiâ *Medorp*, & *Heyden*, oppida non ſatis magna.

Inter inſulas Daniæ adiacentes præcipuæ ſunt Zeelandia, & Fionia. Minores ſunt *Huene*, *Moem*, *Falſter*, *Laland*, *Lageland*, *Arr*; & aliæ.

Metropolis Zeelandiæ, imò totius Regni Daniæ eſt Hafnia vulgò *Coppenagen*, ſedes Regis Dani, portus celeberrimus, ad quem plurimi confluunt Mercatores, vrbs eſt amœniſſimo loco ſita, quam arx præualida munit, prope quam eſt regiarum nauium ſtatio, armamentarium in eâ omnium armorum genere inſtructum conſpicitur. Reliqua

oppida

oppida ſuot *Roſchill*, vbi tumulantur Reges Danorum; *Elſenor*, prope quam eſt arx *Kronemburg* ad fretum ſundicum.

Fioniæ vrbes præcipuæ ſunt Ottonium *Ottenſee*, & *Nybourg*; in inſulâ *Moene* eſt vrbs *Stegh*; in Fallteriâ eſt *Nicoping*; in Lalandiâ eſt *Naſcou*; in Lagelandiâ eſt *Rincoping*, in *Arr* eſt *Koping*.

Scania Regio eſt vbique ferax, & plures habens fodinas in montibus, qui cam à Sueciâ diuidunt. Eius vrbes ferè omnes ſunt in orâ maritima, cuius poſſeſſione Rex Danus freti ſundici Dominus redditur. Præcipuæ ipſius vrbes ſunt Elſimburgum *Elbogen*, *Lunden*, *Chriſtiāſtad*, *Chriſtianopel*, omnes probè munitæ; *Elſimburg*, *Landskroo*, & *Malmuien* ſunt portus tutiſſimi.

Norvegia ad Regem Danum ſpectans terminatur à ſeptentrione, & occaſu oceano danico; à meridie Daniâ; ab oriente Sueciâ, & Lappiâ. Regio diues eſt ferri, cupri, plumbi, ligni; halecibus, aſellis, & alijs piſcibus arefactis abundat, quorum maximam copiam exteris nationibus ſuppeditat. Nuliibi profundior eſt oceanus, quàm hîc. Montibus & ſcopulis adeo præruptis & altis occupatur, vt ipſorum cacumina ſupra nubes elata oculorum aciem fugiant: nec deſunt denſiſſimæ ſiluæ, quæ frequentiſſimo

pecori

pecori pabula ſubminiſtrant. Soli natura ſterilis. Incolæ piſcatione, & pecoribus diteſcunt, & magnam lignorum copiam nauibus fabricandis habent. Anno 1646. prope oppidum *Anslo* detecta eſt auri fodina, quæ tamen breui exhauſta eſt. Metropolis Noruegiæ eſt *Berghueneſt* portus celebris, cuius tamen ædificia ferè omnia ſunt lignea. Reliquæ ſunt *Dromthem*, *Maeſtrand*, *Ansloo*, *Friderixtad*, *Stafanger*, *Bergen*, *Vvardhus*, *Trondheim*, *Hammeren*, *Sarpa*, *Tonsberg*, *Sccon*, *Schina*, *Kongel*, *Vdeual*. Arces munitiſſimæ ſunt *Babus*, *Aggerhus*, *Oeſuic*.

Poſſidet etiam Rex Danus Finnomarchiam, quæ eſt pars Lapponiæ, Bornholmiam inſulam in baltico, Groenlandiam, Iſlandiam, & Farum. Groenlandia tamen non adhuc tota detecta eſt, ſed ſola ora maritima, in qua eſt Baerfordia, vbi degit Præfectus Regis.

CAPVT XIV.
De Suecia.

SVeciæ termini ſunt à ſeptentrione Lappia, quæ Suecis non paret; ab occaſu Noruegia; à meridie mare balticum; & ab ortu Ruſſia. Frigoribus maximis riget, Incolæ tamen ſtrenui ſunt,

& cupri

& cupri maximè copiâ diuites habentur. Diuiditur hoc Regnum in Sueciam propriè dictam, Gothiam, Finlandiam, Ingriam, & Eſthoniam. Metropolis totius Regni eſt Holmia *Stockolm* in Vplandiâ, vrbs ſanè magnificentiſſima, Regum ſedes, & optime munita. Portus plurimarum capax nauium oppidanis quæſtuoſæ negotiationis occaſionem præbet. Palus, in qua Venetiarum inſtar ſita eſt ciuitas, *Meler* nuncupatur, in cuius ripâ ſunt vrbes Vpſalia, Aroſia, Arbogia, Torſilla arx, Stregneſia, & Gripsholmia arx, quæ omnes commoda mercium per paludem aduectarum ſentiunt. Non longè à mœnibus ſunt munitiſſimæ turres *Vraxholm*, & *Tigna*, quæ per anguſtum aditum ità cuſtodiunt, vt inuitis excubijs nulla ratione peruadi poſſit. Arx regia Holmiæ non modò firmiſſima eſt, ſed inter omnes Europæ arces pulcherrima. Reliquæ vrbes celebriores ſunt, in Gothiâ Calmaria *Calmar* portus celeberrimus, Ianecopia *Ianecopin*, Gothæburgium *Gothebourg*, & Scara: in Principatu Finlandiæ *Abo*, *Biorneborg*, *Vlam*, *Vvaſſam*, *Muſtaſar*: in Ingriâ *Nothbourg*, *Iuanogorod*: in Heſthoniâ *Reuel*, *Vveſemberg*, *Tolsburg*, *Borcholm*, *Narua*, *Vviteſtein*, *Hapſal*, *Lehal*, *Lode*, *Felin*, *Operpal*, *Helmet*, *Parnau*, *Padis*.

Habet

Habet etiam Suecus magnam Liuoniæ partem ſibi à Polonorum Rege traditam, in qua eſt Riga vrbs munitiſſima, & Mercatorum frequentiâ diues.

CAPVT XV.
De Polonia.

POloniæ termini ſunt, à ſeptentrione Liuonia; ab occaſu mare balticum, & Germania; à meridie Hungaria, Tranſiluania, & Moldauia; ab ortu Ruſſia ſeù Moſcouia, & Tartaria minor. Ager eius vinum non gignit; ſed frumento, pecoribus, cerâ, & melle abundat. Eius incolæ mercaturæ non admodum ſtudioſi, auri argentique inopiam ſentiunt. Omnes ferè latinam callent linguam. Regnum non eſt hæreditarium, ſed electiuum, quod tamen defuncti Regis filio ferè ſemper tradunt. In interregno tota dominationis potentia penes Archiepiſcopum Gneſnenſem eſt. Metropolis totius Rengi eſt Varſauia, ſedes Regis in Mazouiâ, vbi Magiſtratuum generales conuentus habentur. Reliquæ vrbes præcipuæ ſunt, in Poloniâ ſuperiori Cracouia, vbi coronari ſolent Reges, *Sandomir*, *Oſvviecz*, *Vviſtriz*, *Loblin*, & *Caſimiria*; in Poloniâ inferiori *Poſna*, *Goreſna*, *Kalitz*, *Plotzka*, Petrokouia,

Landſchizi, & *Raua*: in Cuiauia *Vladiſlau*: in Pruſſia regia (ducalis enim ad Brandemburgenſem ſeptemuirum cum vrbe *Koniſberg* ſpectat) *Mariembourg*: in Culmia Culma: in Pomerelia Dantzica portus celebris ad balticum, in cuius æquore plurimum ſuccini colligitur: in Magno Ducatu Lithuaniæ Vilna, *Novvigrad*, & *Daßovv*: in Volinia *Luſac*, & *Kiou*: in Podolia *Bratzlavv*, *Vvinica*, *Camenieccz*, & *Oczíacou*, quæ duo poſtrema oppida fuerunt à Turcis capta: in Ruſſia nigra *Luuemburg*, ſeù *Luuou*, Leopolis, & *Ieroslau* emporium celebre, quo Mercatores Perſæ, Turcæ, Germani, & Itali confluunt. In Polachia *Bielski*: in Samogitia *Roſinia*: in Ducatu Curlandiæ, cuius Dux feudum à Rege Polono agnoſcit, ſunt *Vvindau*, & *Nitau* ſedes Ducis. Pertinent etiam ad Poloniæ Regem pars Moſcouiæ, vbi ſunt *Smolensko*, *Nouogrodech*, *Seuierski*, & *Czernihou*. Pars Pomeraniæ, vbi eſt *Levvembourg*. Inter omnes tamen enumeratas vrbes ſunt magni faciendæ Varſauia, Cracouia, & Dantzica: reliquæ enim nec diuites, nec pulchræ, nec munitæ; ſed ferè omnes ligneæ, nulloquè murorum, aut arcium auxilio firmatæ ſunt, gloriantibus Polonis, ſe ſuas vrbes non mœnium, ſed pectorum robore tueri

velle,

velle. Re vera tamen eas munire negligunt, ne ſuorum Regum in ſubditos poteſtatem augeant, neue vrbibus rebellandi, & in reſpublicas erumpendi occaſioné præbeant. Exercitus Poloni robur ſunt equites, quos ad centum octoginta millia poteſt Rex in aciem educere. Nobiles ſuis ſumptibus militiam exercent. Peditibus tamen carent, ac propterea Germanos & Hungaros conducunt.

Flumina in Polonia ſunt præcipua Boriſthenes vulgò *Nieper*, *Nieſter*, Viſtula vulgò *Vveiſſel*, Nimen, & *Dzuine*.

In Lithuania & Ruſſia nigra ſunt plurimæ ſiluæ, quæ ceruis, capreis, apris, vrſibus, aliiſque feris abundant.

CAPVT XVI.
De Ruſſia ſeù Moſcouia.

QVæ olim Sarmatia, nunc Ruſſia, ſeù Moſcouia eſt, quæ à multitudine niuium alba, & à magnitudine magna nuncupatur. Eius termini ſunt, à ſeptentrione mare glaciatum; ab occaſu Suecia, & Polonia; à meridie Tartaria, & Circaſſia; & ab ortu Tartaria aſiatica. Polonorum Rex iura ſibi eſſe in Ruſſiam contendebat, quibus tamen ceſſit anno 1634. & à Magno Moſcouiæ

Duce in compenſationem accepit Ducatum *Smolensko*, & *Siuiersſki*. Regio frigidiſſima eſt, ſiluis perpetuis obſita, raroſque propterea cultores habet. Cum exterorum Principum Legati illuc adueniunt, agrorum cultores, iuſſu Magni Ducis, in vrbes conueniunt; quod quibuſdam erroris occaſionem præbuit, credentibus propterea Regionem hanc incolis abundare. Cæſaris titulum ſibi aſſumit hic Princeps, ſed ab exteris Principibus Magni Ducis nomen haud ægrè patitur. Religio hic ſchiſmatica eſt; nam Moſcuæ Archiepiſcopus Patriarcham Conſtantinopolitanum audit. Ruſſia in ſeptentrionalem, quæ eſt ad amnem *Duuin*; & meridionalem, quæ ad Volgam fluuium eſt, diuiditur. Septentrionalis complectitur Ducatus *Pleskou*, *Nouogrode*, *Bielcczeri*, & *Vvologde*, Prouincias *Vvolske*, *Kargapole*, *Dikilppie*, *Douuine*, *Ouſtioug* & *Iugra*: item Territoria *Condore*, *Petzore*, *Permie*, & *Vviatke*. Meridionalis continet Ducatus *Moſcou*, *Vvolodimer*, *Iaroslau*, *Susdal*, *Roſthou*, *Rzchou*, *Bielski*, *Tuuer*, *Moſaiski*, *Vvorotin*, *Rezan*, *Niſi*; & Territoria *Czeremiſſe*, & *Mordue*. Vrbes ferè omnes ex ligno, cretâque compactæ ſunt. Metropolis totius Magni Ducatus eſt Moſcua *Moſcou*, ſedes Magni Du-

cis

cis duplici arce munita ad ripas fluminis eiuſdem nominis 40. millia ædificiorum quondam complectebatur, ſed poſt direptionem Polonorum & Tartarorum pauciora continet, Omnis ab eâ, ſicut à cæteris huius Regionis vrbibus, venuſtas abeſt. Reliquæ vrbes precipuæ ſunt *Vvolodimer* quondam ſedes Ducum, *Susdal*, *Iaroslau*, *Rothou*, *Rozou*, *Bielba*, *Tuuer*, *Moſaiski*, *Vvorotin*, *Rezan*, *Nouogrod* parua, *Pleskou*, *Nouogrod* magna. In *Dikilope*, ideſt in parte Laponiæ quæ Magno Duci paret, ſunt *Kola*, *Iokena*, & *Kandalax*. In Duuinâ ſunt Duuina, Fanum Sancti Michaelis portus celebris, Fanum Sancti Nicolai portus tutiſſimus, Colmogra, *Ouſtioug*, *Iugra*. In condorenſi agro eſt *Veigaturia*. In petzroenſi *Petzore*, prope quam ſurgunt riphæi montes accipitribus & miluuis albis abundantes, tantæ altitudinis vt vix iter 17. dierum ſufficiat ad eorum culmen attingendum. In Permiâ eſt oppidum *Permavvelik* Regionis infælicitatem ſuis adæquans miſerijs. In Vvialchiâ eſt *Vvialke* ad fines Magnæ Tartariæ, melle, ceráque affluens.

In Tartariâ deſerta Magnus Dux vi cæpit ad ripas Volgæ *Aſtracan* prope mare caſpium, quo Mercatorum maximus eſt confluxus; *Cazan*, *Bulgar* in Za-

uolhà Hordâ,& *Saraiſcb* in Nagaiâ Hordâ. Ad amnem verò Obium ſunt *Locomor*, *Lopia*, *Siberia*, *Obdora*, *Sanroedia*, & *Tingoſia*.

In arcibus *Bioliczero*, & *Vvologde* Magni Ducis theſauri cuſtodiuntur, qui profectò magni putantur, cum incolæ harum Regionum, velut mancipia, ſe, ſuaque omnia in eius poteſtatem tradere cogantur.

Flumina præcipua ſunt Volga in mare caſpium decurrens, Dunina in mare album fluens, Tanais vulgò *Dom*, Obius, Boriſthenes vulgò *Nieper*, Pſola, *Mosko*, *Narua*, *Deſna*.

CAPVT XVII.

De Turcarum Imperio in Europa.

QVidquid poſſidet Turcarum Imperator nomine Thraciç vulgò *Turchia* nuncupatur, & in 35. Præfecturas vulgò *Bellierbey* diuiſum eſt. Octo ipſarum in Europâ, 21. in Aſiâ, & 5. in Aphricâ reperiuntur. Vnaquęque Præfectura diuidi ſolet in alias minores Satrapîas vulgò *Sangiacati*, quarum gubernatores *Sangiachi* & *Baſsà* vulgò appellantur. Regiones in Europâ Principem hunc audientes ſunt Græcia, Thracia vulgò *Romania*, Bulgaria, Seruia, Boſnia,

pars

pars Pannoniæ vulgò *Vngherìa*, Illyrij, vulgò *Shiauonìa*, Croatiæ, Dalmatiæ; & tributum ei pendunt Tranſiluania, Valachia, Moldauia,& Tartarîa minor. EuropæumTurcarum Imperium cæteras eiuſdem Regni partes longè antecellit; & nihilominus tãta in ipſo deſolatio eſt, vt ſæpè ſæpiùs integrâ die iter agenti nullum oppidum,aut culti ſoli veſtigium occurrat; mos enim Turcarum eſt, vrbes captas aut fúnditus euertere, aut mœnibus ſpoliare,ne in ipſarum præſidio militem occupare cogantur, aut ſubactis rebellandi occaſionem relinquant. Maior natu filius Imperatoris Satrapîam Magneſiæ obtinet,qui Patris mortui hæreditatem adire per cædes fratrum conſueuit.

Hungaria in ſuperiorem quæ ad ſeptentrionem,& in inferiorem quæ eſt ad meridiem, diuiditur. Hæc Pannonia, illa Dacia olim dicebantur. Eius termini ſunt à ſeptentrione Polonia & Ruſſia nigra; ab occaſu Auſtria, & Stiria; à meridie Illyrium, & Seruia; & ab ortu Tranſiluania. Mira eſt agri feracitas, Cælum minimè ſalubre, &, ſi aquas Danubij excipias,reliquæ ferè omnes noxiæ bibentibus exiſtunt. Montes prægaltos habet in finibus Poloniæ, & Tranſiluaniæ; auri fodinas in collibus ad Budam,

& Strigoniam. Ad Turcarum Imperium ſpectant vrbes præcipuæ Caniſia, Buda, Agria, *Temeſuar*, Alba regalis, Belgradum, *Peſt*, Srigonia, *Finffkirken*, *Seghet*, *Neiheiſel*. Ad Regem Hungariæ, qui eſt nunc Imperator Romanorum, pertinent *Presbourg*, vbi Regni coronam accipit, *Iauarin*, Comora, *Schemnitz*, *Kemnetz*, *Tokay*, *Leutſch*, *Zachmar*, *Nitria*, *Zeckelid*, *Tirna*, *Gutta*, *Altemburg*, *Sopronio*. Caſſouiam hoc anno Hungari transfugæ occuparunt. Flumina in hoc Regno ſunt Danubius Nilo maior, qui poſt 600. leucarũ curſum in mare nigrum ſeptem oſtijs fluit; Drauus, Sauius, & Tibiſcus, piſcibus maximè abundans. Duo etiam magni lacus ſunt in Hungariâ, ſcilicèt *Balathon*, & *Neuſidlerſee*.

Græcia ſex Prouincias complectitur, ſcilicet Macedoniam, Epirum vulgò *Canina*, Albaniam, Theſſaliam vulgò *Ianna*, Achaiam vulgò *Liuadia*, & Peloponneſum vulgò *Morea*. In Macedoniâ eſt Theſſalonica vulgò *Salonicche*; in Albaniâ eſt Valona portus munitus & tutus, Croia Scanderbechi Patria; in Epiro eſt Nicopolis vulgò *Preueſa*; in Theſſaliâ eſt *Lariſſa*; in Achaiâ eſt *Lepanthus*, in cuius ſinu prope inſulas *Curſolari* anno 1571. Chriſtiani inſignem de Turcis victoriam reportarunt, cum 189.

tri-

triremes ſubmerſerint, 25. millia Turcarum ferro abſunpſerint, 4000. captiuos duxerint,& duodecim millia Christianorum captiuorum in libertatem redegerint; in cuius rei memoriam & grati animi monumentum Mariæ Cælitum Reginæ, cuius præcipuè opibus & auxilio tantam victoriam reportauerant, celebrandũ quotannis ſolemne Santiſs. Roſarij prima Dominica octobris inſtituerũt. Peloponneſus eſt poſtrema Græciæ pars, quæ iſthmo Corinthiaco Achaiæ iungitur: in ipſa ſunt *Patras*, Methona, Naupactus vulgò *Napoli di Romania*, *Maluasia*, Megalopolis vulgò *Leontari*, & *Maina*, quæ eſt parua Reſpublica in orâ maritimâ, quæ hactenùs à Turcarum ſeruitute ſe tutata eſt.

Thracia, vulgò *Romania*, metropolim habet Bizantium, vulgò *Coſtantinopoli*, ſedem Imperatoris Turcarum, quam Mahometes II. vi cœpit anno 1453. Reliquæ vrbes ſunt Andrinopolis, Gallipolis, Galata vulgò *Pera*, Philipopolis, & Traianopolis.

Bulgariæ vrbs præcipua eſt Sophia Præfecti ſedes.

Seruiæ metropolis eſt *Belgradum* inter huius Imperij munitiſſima oppida meritò numeratum.

In Boſniâ eſt *Iaicza*, ſed Præfectus Bo-

ſniæ reſidet in vrbe *Eruanſarai*, quæ eſt in Dalmatiâ.

In Illyrio vulgò *Schiauonia* ſunt *Zagrabia*, *Gradiska*, *Poſſega*, *Czarnouitza*.

In Croatiâ ſunt *Siſſeg*, *Vihith*, & *Carlſtat*.

In Dalmatiâ ſunt *Bagnialupo*, & *Eruanſarai* ad Turcam ſpectantes. Ad Romanum Imperatorem pertinent *Terſatz*, *Fiannona*, *Segna*, *Lopir*, *Starigrad*, *Neſcha*. Ad Rempublicam Venetam Zara vetus, & noua, Sebenicum, Spalattum, *Trau*, *Nouigradi*, *Scardona*, *Cliſſa*, *Salona*. Ad Comitem Sdrinenſem *Bucari*, *Bucarizza*, *Porto Re*.

Raguſa eſt parua Reſpublica tributum Imperatori Turcarum pendens. In hac vrbe Nobiles tenentur ducere virgines, alioquin eorum filij paterna nobilitate non gaudent; & hominum annos non à natiuitate, ſed à conceptione numerant.

Tranſiluania Principem habet caluinianâ hæreſi imbutum, qui ſedem habet Hermanſtadij, cuius munitiones optimæ ſunt. Reliqua oppida ſunt Alba Iulia vulgò *Vveiſſemburg*, Claudipolis vulgò *Clauſemburg*, *Biſtrizia*, *Schiesburg*, Stephanopolis, *Vvaradain*, *Erla*, *Solnock*, quæ tria poſtrema poſſidet magnus Turcarum Imperator, cui quotannis 50. millia aureorum Tranſiluanus pendit.

Vala-

Valachia Regio, nobiliſſimos producens equos, Principem audit, qui Vaiuodæ titulo gaudet, annuũque tributum Turcarum Imperatori 120. millium aureorum ſoluit. Metropolis eſt *Tergovviſk* Vaiuodæ ſedes. Reliqua oppida ſunt *Dombrovvitz*, *Braiovv*.

Moldauia Principem pariter Vaiuodam agnoſcit, qui ſingulis annis tributum 180.millium aureorum Magno Turcarum Imperatori perſoluit. Metropolis eius eſt *Sockau* Vaiuodæ ſedes. Reliqua oppida ſunt *Margozeſt*, *Tariſto*, *Moncaſtro*, & *Bialogrod*, quæ duo poſtrema in liberâ ipſius Turcæ poteſtate reperiuntur.

Tartarîa parua, ſeu Precopenſis, fœdus iunxit cum Turcâ, in cuius poteſtate eſt *Caffa* vrbs optima huius Regionis.

Plures inſulas in Europâ Turcarum Imperator poſſidet, de quibus infra ſuo loco tractabimus.

CAPVT XVIII.

De Italia.

ITaliæ termini ſunt, à ſeptentrione & occaſu alpes, ipſam à Germaniâ, Sabaudiâ, & Galliâ ſeparantes; à meridie mare inferum, ideſt pars illa mediterranei, quæ mare liguſticum, tyrrhenum, & ſicu-

ſiculum dicitur; ab ortu mare ſuperum, ſeu adriaticum, & alpes à Carniolâ vulgò *Cragno* ipsā diuidentes. Eius longitudo, ab Auguſtâ prætoriâ vulgò *Oſta* in alpibus ſita vſque ad Regium Calabriæ, eſt milliariorum circiter mille: latitudo maxima à Varo flumine ad Arſam, ſcilicet à terminis Prouinciæ ad extremum Iſtriæ, eſt milliariorum 600. ſed ab Anconæ portu ad oſtia Tyberis eſt milliariorum 150. Tota inter quartum & ſeptimum clima comprehenditur. Cæli optima vbique temperies; ſolum feraciſſimum, & omni deliciarum genere affluens, adeò vt orbis viridarium meritò nuncupetur. Omnis generis metallorum fodinas habet: marmora gignit pluribus in locis ſpecioſiſſima. Incolæ admirabili prorsùs ingenij acumine præditi adeò conſueuerunt omni tempore cæteris gentibus præſtare, vt liberalium diſciplinarum ſplendorem, armorum gloriam, & optimarum artium decora; orbis vniuerſus Italis referre debeat accepta; nullus enim nouit, quod gens itala ignorauit; cui & noui orbis detecti gloria debetur, cum Criſtophorus Colūbus Ligur, & Americus Veſpuccius Florentinus, primi eò penetrauerint, quò immenſa æſtuantis oceani ſpatia humanis viribus inacceſſū iter feciſſe videbantur.

Ita-

Italiæ Prouinciæ præcipuæ ſunt Pedemontium, Monsferratus, Liguria, Ducatus Parmenſis, Ducatus Mutinenſis, Ducatus Mirandulæ, Ducatus Mediolanenſis, Ducatus Mantuanus, Dominium Venetum, Romandiola, Marchia Anconitana, Vmbria, Sabina, Etruria, Patrimonium Diui Petri, Latium, & Regnum Neapolitanum.

Pedemontium ſic dictum, quia ad alpium pedes ſeù radices ſitum eſt; à ſeptentrione, & occaſu habet alpes à Galliâ ipſum ſeparantes; à meridie montès Ligurum, & Montemſerratum; ab ortu Ducatum Mediolanenſem. Regio eſt ferè tota campeſtris, cum alios colles non habeat præter aſtenſes. Metropolis eſt Auguſta Taurinorum vulgò *Turino* ſedes Ducis Sabaudiæ, arce validiſſimâ munita, prope quam eſt villa Ducis vulgò *il Valentino*. Reliqua oppida ſunt Auguſta prætoria vulgò *Oſta* caput Ducatus eiuſdem nominis, Vercellæ ad Seſiam, *Iurea* Marchionatus, *Alba* ad Tanarum, *Mondoui*, Foſſanum, Salutium Marchionatus, *Biella*, *Carmagniola* Principatus, Cunium, Cheraſcum, Ceua, *Moncalieri*, *Suſa*, & Pinarolum nunc ad Gallos ſpectans. Flumina præcipua ſunt Padus, Dora, & Stura. Ad Ducem Sabaudum ſpectant etiam Comitatus

Nicęæ vulgò *Niza* ad mare, ad cuius orientalem plagam eſt *Villafranca* portus, & inter ipſam & Nicæam arx Montis Albani, Marchionatus Oneliæ, Marchionatus *Mari*, & Comitatus *Bolli*, & *Tende*.

Monsferratus eſt inter Padum & Tanarum amnes, partim ad Sabaudum, partim ad Mantuanum Ducem ſpectat. Aliquot oppida ad Regem Hiſpaniæ pertinent. Sabaudi ſunt *Cheri*, *Aſti*, *Creſcentino*, *Valentino*, *Ciuas*. Mantuani ſunt Alba, Caſtaniola, Oſſinianum, Balzolum, Bianza, Aqui, Monſcaluus, Ponſeſtura, Nicæa, vulgò *Niza della paglia*, Trinum, Liburnum, Salegia, Villa noua. Fanum S. Euaſij vulgò *Caſalę* hoc anno à Gallorum Rege detinetur. Ad Regem Hiſpaniæ pertinent Alexandria, & Valentia.

Liguria inter Varum & Macram fluuios, & inter apenninum & mare iacet. Ora maritima, vulgò *Riuiera*, in orientalem, & occidentalem diuiſa eſt, milliariorum circiter 160. qua exceptâ reliquum Regionis aſperrimis montibus occupatur. Metropolis eius eſt Genua vrbs ſplendidis ædificijs ornata, cuius Ciues pecuniæ auidiſſimi mercaturam ferè omnes exercent. Portu non admodum tuto gaudet. Reliqua oppida ſunt

in

in orâ maritimâ occidentali *Vintimillia*, *Albenga*, *Noli*, *Sauona*, *Seſtri*, & *S. Pietro di arena*. Oppidum *Finalis* ſpectat ad Regem Catholicum. Monachium arx eſt grimaldæ genti ſubiecta. In orâ maritimâ orientali ſunt *Portofino*, *Rapallo*, *Chiauari*, *Seſtri*, *Spezza*, *Portouenere*, *Lerice*, *Bollano*, *Vezzano*, *Arcola*, *Trebbiano*, *S. Stefano*, *Niccola*, *Ponzano*, *Orto nuouo*, & *Sarzana*, quæ cis Macram in vltimâ Etruriæ parte ſita eſt, prope planitiem, in qua olim Lunæ ciuitas vetuſtiſſima erat. In præruptis Liguriæ montibus aliqua ſunt oppida, inter quæ eſt Brignetum epiſcopali ſede gaudens. Reliqua parui momenti ſunt, & pauperrimis incolis culta.

Ducatus Parmenſis metropolim habet Parmam ad flumen eiuſdem nominis. Vrbs eſt ſatis venuſta, ſedes Ducis, academia celebris. Reliqua oppida ſunt Placentia, Forum nouum, vbi Carolus VIII. Rex Galliæ è Regno Neapolitano rediens Italorum Principum copias fudit, *Braccetto*, & *Campremorto*, olim Trebiæ, vbi romanam aciem Annibal deleuit.

Ducatus Mutinenſis metropolim habet Mutinam vrbem exiguam, & non admodum ſpecioſam. Sedes eſt Ducum Eſtenſium. Secundæ ſunt illi Regium,

Carpi Principatus, Corregium Principatus, Breſſellum arx ad Padum.

Ducatus Mirandulæ metropolim habet Mirandulam ſedem Ducis. Illi ſecunda eſt Concordia.

Ducatus Mediolanenſis terminos habet, à ſeptentrione Griſones; ab occaſu Pedemontium, à quo per flumen Seſiam diuiditur; à meridie Padum, & ab ortu Ducatum Mantuanum, & Marchiam Taruiſianam. Regio hæc in Galliâ Trãſpadanâ olim dicebatur Inſubria. Ager eius mirè ferax diuites admodũ incolas reddit, qui propterea frequentiſſimis bellorum incommodis ferendis ſunt pares. Metropolis eius eſt Mediolanum, omnes Italiæ vrbes magnitudine ſuperans, cui munimento eſt arx, cui nulla ſimilis eſt in Europâ. Cathedrale templum præſtantiſſimum eſt, cui plurimum decoris addunt Sacerdotes, quos S. Carolus Borromæus ſanctiſſimus legibus, & inſtitutis formauit. Reliqua oppida ſunt Papia ad Ticinum munitiſſima, non longe à cuius mœnibus, ſcilicet ad quintum lapidem, eſt celeberrimum Cartuſianorum cœnobium, quod Ioannes Galeazus primus Dux Mediolanenſis conſtructum plumbeis laminis texit; Comum ad lacum, *Lodi*; vbi optimus conficitur caſeus; *Cremona*, vbi turris eſt altitudi-

tudinis eximiæ; *Bobbio, Vigeuano, Nouara, Valenza, Tortona, Aleſſandria, Marignano*, & *Mortara*.

In hac regione plures ſunt valles magni nominis; vt vallis tellina, vbi ſunt oppida Bormium, Sondrium, & Tirannum; vallis Clauenæ, vallis dolia, vallis bregniana, & vallis vegetia.

Ducatus Mantuanus terminos habet à ſeptentrione,& ortu Dominium Venetum; à meridie Padum; & ab occaſu Ducatum Mediolanenſem. Metropolis eius eſt Mantua, ſedes Ducis ad paludem, quam format Mincius. Reliqua oppida ſunt Piſcara Marchionatus *Bozzolo* Principatus, *Guaſtalla* Principatus, *Caneto*, *Caſtiglione*, & *Gouernolo*, vbi Attilæ S. Leo Papa occurrit, cum eum ab Italiæ cædibus deterruit.

Dominium Venetum complectitur Marchiam Taruiſianam, Forum Iulium, & Iſtriam. Metropolis eſt vrbs Venetiarum inter omnes Italiæ ditiſſima; cui ſecundæ ſunt in Dominio veteri Crema, Bergomum, Brixia, *Salò* ad lacum Gardæ, *Orzi noui*, *Orzi vecchi*. In Marchiâ Taruiſianâ, quæ à Mincio ad Liuentiam protenditur, ſunt *Verona*, Vicentia, Patauium academia celeberrima, *Chioza*, Treuiſum, *Ceneda*, Bellunum, Feltria, Rouigum, Adria, *Caorle*, *Valezo*, Mon-

toiium

torium, *Soaue*, Baſſanum, *Montagnana*, *Monſelice*, *Maroſtica*, *Torcello*, *Murano*, *Mazorbo*, *Malamocco*, *Aſolo*, *Coneglia-no*, & alia. In Foro Iulio, quod à Li-uentiâ ad Riſanum protenditur, ſunt Aquileia ſedes patriarchalis, *Vdine*, *Con-cordia*, *Tiſana*, *Porto Gruaro*, Pordino-nia, Spiliborgium, Marranum, & Palma arx munitione cæteris totius orbis præ-ſtans, nouem magnis munita propugna-culis, quæ pluſquam ſeptingentas gran-diores ſuſtinent bombardas; *Gradiſca*, *Gorizia*, & *Trieſte* portus; hæc tria poſtre-ma oppida gentem auſtriacam andiunt. In Iſtriâ peninſulâ, quæ inter amnes Ri-ſanum & Arſam comprehenditur, ſunt Iuſtinoplis vulgò *Capo d' Iſtria*, in inſulâ parùm à littore diſtanti ſita; Parentium portus, Pola, Piranum, Ciuitas noua, Pedena, & Raſpum.

Tridētinus Archiepiſcopatus eſt Do-minio Veneto conterminus, in quo eſt Tridentum vrbs Concilio Generali in eâ celebrato clara.

Romandiola, olim Flaminia, nunc vulgò *Romagna*, eſt inter adriaticum mare, apenninos, Marchiam Anconi-tanam, Ducatum Mutinenſem, & Pa-dum. Ager eius eſt admodùm ferax. Incolæ aſpero ingenio præditi, ſimulta-tes & odia vſquè ad mutuas cædes exer-

cent

cent; iniurias magis facere quàm pati aſſueti, quas viui vlciſci non poſſunt, filijs nepotibuſque poſt obitum hoſtium ſanguine expiandas relinquunt. Metropolis eſt Bononia vrbs magnitudine ac venuſtate clara, in cuius academiâ omni litterarum genere adoleſcentes imbuuntur; cui ſecũdæ ſunt Ferraria olim Eſtenſium Ducum ſedes, Rauenna, Ariminium, Imola, Fauentia, Ceſena, Forum Pompilij *Forlimpopoli*, Ceruia, Bertinorum, Butrium, Forum Liuij *Forlì*, Lugo, Bagnacaballum, Comachium, Argenta, Treſenta, Caſtrũ Gualdum, Tuſcinianum, Centum, Sauignanum, & alia oppida.

Marchia Anconitana, olim picenus ager, inter apenninum & mare adriaticum iacet. Metropolis eius eſt Ancona portus celebris in adriatico; cui ſecundæ ſunt Vrbinum Ducatus, Piſaurum, Firmum, Tolentinum, Oſmum, Macerata, Recanatum, Fanum, *Sinigaglia*, Forum Sempronij *Foſſombrone*, & Lauretum, vbi admirabili Angelorum ope domus illa colitur, quæ Ieſu Mariæ & Ioſeph in terris degentium domicilium fuit.

Vmbria, olim Ducatus Spoletanus, inter apenninum, Tyberim amnem, Etruriam, & Romandiolã iacet. Metropolis eius eſt Spoletũ vrbs probè munita. Reliqua oppida ſunt Aſſiſium, Burgum

gum Sancti Sepulchri, Tifernum vulgò *Città di Caſtello*, Monsfalcus, Tudertum, Ternium, Fuligineum, Augubium, Nuceria, Amelia.

Sabina inter Nigram amnem & apenninum ſita metropolim habet Narniam; cui ſecundæ ſunt Mallianum, Palombara, Riete, & Otricoli.

Etruria dicitur totum illud Regionis quod ab apennino ad tyrrhenum mare, & à Macra flumine ad Tyberim vſque protenditur. Nulla Italiæ pars, aut Cæli temperie, aut ſoli fertilitate, aut agrorum amœnitate, hanc æquat. Incolæ ſolertes, & acerrimo præditi ingenio, diuinæ rei ſunt maximè ſtudioſi, adeò vt nuſquam ſanctiùs, & incorruptiùs catholica religio colatur, boniſque moribus & honeſtiſſimis diſciplinis nulla terrarum orbis pars affluentior exiſtat; cuius rei optimum argumentum eſt maximus eorum numerus, quos olim huius Regionis incolas, nunc relatos in Sactorum catalogum Sancta veneratur Eccleſia; ſola enim Etruria tot numerat, quot omnes aliæ Regiones Europæ ſimul genuerunt. Potior eius pars ad Magnum Ducem ſpectat, altera ſcilicet Patrimonium Diui Petri Romano Pontifici paret, necnon aliquot oppida ſunt Regi Hiſpaniarum ſubiecta, aliquot Reipu. Lucenſi.

Ma-

Magnus Ducatus Etruriæ eſt inter Rempublicam Lucenſem, & Patrimoniũ Diui Petri. Metropolis eius eſt Florentia totius terrarum orbis ciuitates pulchritudine antecellens, ſi Antuerpiam excipias, quæ licèt ipſam non adæquet, tamen eſt ipſi venuſtate valdè ſimilis. In eâ nihil non eſt admiratione dignum; ædificiorum architectura, & magnificentia, viarum nitor, templorum maieſtas & decor, Ciuium moderatio cum humanitate coniuncta, chriſtianæ pietatis exercitia, quæ ſiue in xenodochijs, pectotrophijs, brephotrophijs, & noſocomijs, quæ multa & ſplendidiſſima ſunt, ſiue in Confraternitatum Oratorijs, quorum numerus non alibi maior, aſſiduè coluntur, vrbi decus pariunt non vulgare. Cathedralis templi, turriſque iuxta ipſum ſurgentis ſtructura egregia eſt: Mediceorum Principum Sacellum artis miraculum meritò habetur: Bibliotheca Laurentiana litteratorum hominum deliciæ, optimis iiſque plurimis manuſcriptis referta eſt, quæ maximis impenſis ex omni terrarum parte, ac potiſſimùm ex Græciâ Medicei Principes compararunt. Hæc vrbs ſedes eſt Magni Ducis duplici arce, pluribuſque propugnaculis munita. Reliqua oppida ſunt Piſæ academia celebris, Piſtorium, Pra-

tum,

tum, Fæſulæ, Volaterræ, Aretium, Monſpolitianus, Senæ, Pientia, Monſalcinus, Cluſium, Maſſa, Colles, Sanctus Miniates, Groſſetum, Suana, Piſcia, Liburnus portus, Cortona.

Ad Magnum Ducem ſpectat etiam maxima pars agri lunenſis, vulgò *Lunigiana*. Hæc Regio, à Lunâ olim celebri vrbe ſic appellata, eſt ad occidentem Etruriæ, Liguribus, Ducatui Mutinenſi, & Parmenſi contermina. Metropolis eius eſt Apia vulgò *Pontremoli*; cui ſecunda ſunt oppida Magno Duci ſubiecta Fiuizanum, Petraſancta, Bagnonum, Fanum Sancti Terentij, Furnuli, Terræ rubræ, & Filateriæ Marchionatus, Capriglio'a, Serauetia, & Albianum, quod municipium eſt peramœno in colle vltra Macram fluuium in vltimo lunenſis agri angulo ſitum. Poſt excidium Lunæ confugerunt in ipſum aliquot nobilium familiæ, & loco fortiſſimis munito turribus ſeſe ab hoſtium vi tutatæ, ibi poſtea, vbi villarum delicias olim habuerant, ſedes locarunt. In Florentinæ dein Reipublicæ fidem oppidum ceſſit, eâ libertatis formâ retentâ, vt maximis auctum priuilegijs etiamnum ſub feliciſſima Mediceorum Principum dominatione, duos ex oppidanis Conſules quotannis eligat, qui omnem eius ciuilem guber-

natio

nationem exercent, ſaliſque quantum omnibus ſatis eſt Magnus Dux incolis elargitur, ſolò portorio, quod perexiguum eſt, exacto. Agrum eius Macra flumen interfluit, piſcibus optimis abundans, quod lapideo ponte ſtructuræ prorſus admirabilis Mathildis Comitiſſa iunxit. Oleum, vinum, & fructus cuiuſuis generis abundè gignit ager. In eius territorio Stadanum eſt vicus Podentianenſi Marchionatui conterminus. Marchionatus plures ſunt in eâ ad malaſpinam gentem ſpectantia, quorum præcipua ſunt Foſdinouium, Podentiana, Montes, Villafranca, Suerum, Mulatium; Ducatus Maſſæ & Carrariæ, vndè marmora pulcherrima eruuntur, ad familiam Cybo pertinent.

Reipublicæ Lucenſis metropolis eſt Luca *Lucca*, vbi Romanæ Reipublicæ exitium inchoatum eſt, in hac enim vrbe Cæſar Pompeius & Craſſus fœdus inierunt, & ad ipſam opprimendam coniurarunt. Vrbs eſt probè munita, ſed exigua. Ciues honoris auidi, pecuniæ auidiores, ipſius deſiderio in exteras Regiones facile trahuntur.

Rex Hiſpaniæ poſſidet in Etruria Plõbinum, Orbitellium, Telamonium, & Portum Herculis, quæ omnia ſunt in orâ maritimâ.

Patri-

Patrimonium Diui Petri eſt ea pars Etruriæ, quam Romanus Pontifex poſſidet, in qua ſunt Peruſia ad lacum transimenum, vbi Romanorum Annibal fudit exercitum; Vrbs vetus *Oruieto, Otri*, Aquapendens, Viterbium, Ciuitas vetus *Ciuita vecchia*, Braccianum Vrſinorum, & Caſtrenſis Regio.

Latium, vulgò *Campagna di Roma*, eſt inter Tyberim, apenninum, Campaniam, & mare tyrrhenum. Regio eſt frumento maximè abundans; aeris tamen ſalubritate caret. Metropolis eius eſt Roma orbis quondam imperatrix. nunc Summi Pontificis ſedes. Reliqua oppida ſunt Oſtia, Velitræ, Tybur, Terracina, Præneſte, Sermoneta, Pipernum, Neptunum, & Fundi.

Regnum Neapolitanum eſt quidquid reliquum eſt Italiæ, ab opppido Fundi ad ionium mare inter adriaticum & tyrrhenum. In duodecim paruas Prouincias diuiditur, quarum nomina ſunt, Campania vulgò *Terra di lauoro*, Principatus citerior, Principatus vlterior, Calabria inferior, Calabria ſuperior, *Baſilicata*, Hydruntũ, Barium, Apulia, Comitatus *Moliſe*, *Aprutium* citerius, & *Aprutium* vlterius. Metropolis totius Regni eſt Neapolis vrbs magna, & delicijs afflués, ingentem Ciuium frequentiam complectens.

Reli-

Reliqua oppida in Campaniâ ſunt Capua, Puteoli, Auerſa, Sora, Caieta, Arpinum Ciceronis patria, Aquinum, Monſcaſſinus, Thiene, Venafrum, Acerra, Fundi, Caſerta, Nola, Seſſa, Sarnum, & Carinula. In Principatu citeriori ſunt Nuceria, Surrentum, Caſtrum marinum vulgò *Caſtel' a mare*, Amalphium, Vicum, Riuellum, & Salernum Principatus. In Principatu vlteriori ſunt Auellinum, Nuſcum, Contia, Monsmaranus, Monſuiridis, Fanum Sanctæ Agathæ, & Fanum Sancti Angeli. In *Baſilicata*, olim Lucania, ſunt Venuſium, Marſica, Tricaria, Picernum, Melphis, Agropolis ad mare, & Policaſtrum. In Calabriâ ſuperiori, quæ olim Magna Græcia dicebatur, ſunt Catanzarum, Nieracum, Belicaſtrum, Cotrone, Baſſin ianum, Roſſanum, Vmbriaticum, Cariate, Monſpiloſus, Altauilla, Grauina, Matera, Motula, & Tarentum portus celebris. In Calabriâ inferiori, quæ meridionalior eſt, ac ionio & tyrrheno mari alluitur, ſunt Coſſentia, Sancta Euphemia, Regium, Paula patria Diui Franciſci Minimorum Fundatoris, Tauerna, Nicaſtrum, Monſleo, Manthia, & Bellomontium. In hydruntino agro, vulgò *Terra d'Otranto*, ſunt Hydruntum, *Lecce*, Brunduſium,

Miner-

Mineruina, Vſſentum, Alexiona, & Galipolis. In Bario eſt Barium Sancti Nicolai reliquijs clarum, Terane, Monopolis, Polignanum, Conuerſanum, Bituntum, Malieta, Canoſſa, & Molpheta. In Apuliâ ſunt Barletta, Manfredonia, Tranum *Trani*, & Vigiliæ *Biſſegli*. In Comitatu *Moliſſe* ſunt *Moliſſe*, Bouinum, Iſerna, Gualdra, Lucera, Troia, *Tremoli*. In Samnio, vulgò *Abruzzo* citeriori ſunt Sulmona, Lancianum, Ortona, Piſcaria. In Samnio vlteriori ſunt Aquila, Ciuitas Penna, Atri, Teramum, Theate *Chieti*, Beneuentum. Reliquas vrbes in hoc Regno prætereo quia & nullius ſunt momenti, & nimis à propoſitâ breuitate recederē, ſunt enim numero 150. quarum 20. ſunt archiepiſcopales, 130. epiſcopales; annui tamen prouentus omnibus tenuiſſimi.

CAPVT XIX.

De Inſulis Europæ adiacentibus.

In Oceano Hyperboreo.

GRoenlandia, in qua nihil aliud eſt notatu dignum, niſi oppidum *Alba*.

Iſlandia in qua eſt mons Egla flammas ferè ſemper euomens. Vrbes præcipuæ

cipuæ ſunt in ipſa Scaluoltum,& Holum.

Friſlandia, olim Thule, vrbem habet metropolim Halertum.

In Oceano Deucaledonio.

Anglia, Scotia, & Hybernia, ſeu Irlandia, quæ omnes Magna Britannia nuncupantur. Iuxta Scotiam ſunt Hebrides numero 42. & Orcades numero 32. ſed 28. tantùm habitantur; omnes ſitæ ſunt inter grad. lat. 50. & 59. long. 7. & 23.

Anglia Regio eſt ſalubritate Cæli & agri amœnitate gaudens. Frumenti ac ſegetum maximam gignit copiam. Canes non alibi maiores, nec ferociores aluntur, adeò vt non tantùm feras capiant, ſed & fures, ac latrones longiùs à domibus arceant. Stamno optimo, plumbo, imò & gemmis ſcatet ager. Halecum tantam expiſcantur incolæ multitudinem, vt in omnes orbis terræ partes quotannis conuehant, magnumque indè lucrum aſſequantur. Incolarum ingens eſt frequentia, & in vtroque ſexu mira prorsùs elegantia formæ conſpicitur; à qua tamen præferocis ingenij mores ipſorum adeò diſſident, vt nulla in terris gens aut nouarum rerum ſtudioſior, aut turbarum auidior habeatur. Omnes hæreſes, ac præcipuè puritano-

rum

rum luem [deſertá, quam diù laudabiliſſimè coluerant, catholica fide] amplexi ſunt, Henrico VIII. auctore, qui ſuæ maluit indulgêre libidini quàm Deo decora, & honeſta præcipienti obtemperare. In tantâ tamen religionum multitudine obcæcatis adhuc, & adeò confuſis mentibus viuunt, vt (eorum more, qui à recto tramite aberrantes modò hûc modo illûc nutantur, ac incerto vagantur greſſu) quò tendant, cuiuè credant omninò ignorent, ac proinde nullam religionem ab ipſis coli meritò dici poſſint. Indè fit, vt nullâ diuini vel amoris, vel timoris ratione habitâ, nullo ſanctioris diſciplinæ coerciti fræno, non ab honeſtiſſimorum modò Ciuium, ſed nec à ſuorum Regum odijs, inſectationibus, ac cædibus abſtineant; cumque pleno paſſim ore fateantur Regem ſuum ſupra ſe nullum alium, præter Deum agnoſcere, ipſimet regio ſanguine manus polluere hoc noſtro ſæculo, cum æterno anglicanæ gentis apud omnes nationes dedecore, non erubuerunt. Adeò deformes excitat mores eorum reformata religio!

Regnum adminiſtrant Rex, Nobiles, Ciues, Ingenui, & Opifices. Nobiles diuiduntur in Maiores qui ſunt Duces, Marchiones, Comites, & Barones

rones, & in Minores, qui ſunt Equites aurati, & Armigeri. Ciues dicuntur quicumque vel domi decorum aliquem obtinuère Magiſtratum, vel à parlamentaria electione publicum in comitijs obtinent locum. Ingenui ſunt omnes promiſcuè nobiles. Opifices ſunt, qui ſaltem ex agris proprijs quadraginta ſolidorum annuos habent prouentus. Diuiditur Anglia in Regnum ipſum, & Principatum Vvalliæ, cuius titulo & inueſtiturà Primogenitus Regis inſigniri ſolet. Regnum continet 39. paruas Prouincias, quæ ſunt,

Northumbria, in qua eſt celebre oppidum Nouum Caſtrum vulgò *Nevvcaſtle* portu celebre ad flumen Tinam.

Cumberlandia, in qua ſunt Carleolum vulgò *Carlille*, *Kockermouth*, *Keſvvijch*, *Egremont*, *Ierbij*, *Penreth*, *Rauenglas*, & *Vverckinthon*.

Dunelmenſis Epiſcopatus, vulgò *Durham*, in quo ſunt Dunelmum, *Lumley*, *Cheſter*.

Vveſtmaria, vulgò *Vveſt-more land*, in qua ſunt *Kendall*, *Kirckby Lonsdall*, & *Burgh*.

Lancaſtria, in qua ſunt *Lancaſter* ignobile nunc oppidum, *Mancheſter*, *Vvarington*, & *Vvinvvijck*.

Eboracenſis Comitatus, vulgò *Yorke*

in quo ſunt Eboracum, quod ædificiorum multitudine, ac ſplendore, Ciuium opulentiâ & nobilitate, cæteriſque magnarum vrbium dotibus, reliquas totius Angliæ ita excellit, vt Londino tantùm cenſeatur inferior; *Vvorthlay*, *Vventhvvorth*, *Sportburgh*, *Gretland*, *Halyfax*, *Vvackefeld*, *Caſterford*, *Heckely*, *Ottey*, *Rippon*, *Aldborovv*, *Montferrant*, *Kirckham*, *Hull*, *Beuerlega*, *Scarburg* halecum piſcatione celebre oppidum, *Vvinthby* vbi ſuccinum nigrum, & lapides, qui ſerpentum imaginem ita præſeferũt, vt Serpentes in lapides conuerſos putes, reperiuntur. *Gisburg*, *Pichering*, *Rhidall*, *Malton*, *Neuburg*.

Ceſtria, vulgò *Cheßhire*, Comitatus, in quo ſunt *Ceſter*, *Nantuich*, *Congleton*, *Rudeath*, *Kinderton*, *Dutton*.

Darbia, vulgò *Darby ſchire*, in quâ ſunt *Darby*, *Aſchbone*, *Littecheſter*, *Harduick* Baronatus.

Nottinghamia, in qua ſunt Nottinghamia, *Sothvvel*, *Nevvarck*, *Littleburg*, *Mansfeld*, *Blythe*.

Lincolnia, in qua ſunt Lincolna vrbs ampla, & vetuſtiſſima colli inſidens; *Crovvlandia*, *Spadyng*, *Kirkton*, *Boſtoa*, *Stamphort*, *Srmpringa*, *Skreginga*, *Bollimbroche*,

Buthlandia Comitatus, in quo ſunt *Vppin-*

Vppingam, Dryſtocke, Okeham, Caſterton, Ryal.

Leyceſtria, in qua ſunt *Leyceſter, Lutterworth*, cuius Eccleſiæ præfuit Ioannes Vvicklephus hæreſiarcha, cuius cadauer 40. anno ab eius obitu exhumatum iuſſu Sãctæ Romanæ Eccleſiæ combuſtum eſt; propè huius vrbis mœnia, fons eſt tantæ frigiditatis, vt ligna in eius aquam coniecta paulò poſt vertantur in ſaxa: *Loughborroug*, & alia.

Staffordia Baronatus, in quo ſunt *Stafford, Dudley, Tamwort, Stoone, Ecceleſchal, Lichfeld*, & alia.

Salopienſis Comitatus, vulgò *Shropshire*, in quo ſunt Salopia vulgò *Schrowesbury* academiâ celebris, & mercatorum frequentiâ diues; *Ludlovv, Clenshil, Venloc, Pithford, Vvorckceſter*.

Herefordia, vulgò *Herford ſchire*, in quâ ſunt *Hereford, Lemſter, Braduwvorden, Cliffordt, Snothil*.

Vvorceſtria, vulgò *Vvorceſter-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Vvorceſter* mercatorum commercio diues, Vptona, *Bawdeley, Keddcrminſter, Droitvich*.

Vvaruicẽſis Comitatus, vulgò *Vvarwyckschire*, in quo ſunt *Vvarwyck, Rugby, Stoneley, Hanley, Aulceſter, Kilingkvvord, Couentrey, Manceſter, Artheſtone*.

Northamptonienſis Comitatus, vul-

gò *Northamton ſchire*, in quo ſunt *Northampton*, *Braeckely*, *Catesby*, *Peterborovv*, vbi Catharina Hiſpana Angliæ, & Maria Scotorum Reginæ miſerabili ambæ fato ſublatæ ſepultæ ſunt.

Huntingtonia, vulgò *Huntingdonschire*, in qua ſunt *Huntingden*, *S. Neot*, *Bungden*, *Hinchinghbroocke*, *S. Ioes*, *Sommerslam*, *Cunington*.

Bedfordia, vulgò *Bedfort-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Bedfort*, *Harevvord*, *Amthil*, *Vvobum*, *Hockley*, *Clulteren*.

Buckinghamia, vulgò *Buckingham ſchire*, Ducatus, in quo ſunt *Buckingham*, *Marlovv*, *Vvicombe*, *Colbrocke*, *Ailesburry*.

Oxonium, vulgò *Oxford-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Oxford* academia celebris, & ſummâ gaudens amœnitate, *Burfurd*, *Vvithney*, *Coges*, caput Baroniæ *Arſic*, *Vvodſtock*, *Bambury*, *Islip*, *Burcheſter*, *Alcheſter*, *Vvalingfort*, *Schirburnam*.

Gloceſtria, vulgò *Gloceſter-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Gloceſter*, *Auon*, *Tevvkesbury*, *Deorh.rſt*, *Barcklay*, *Alderley*, *Cambden*, *Hales* Alexandro Theologo clarum, *Vvinchelcomb*.

Cantabrigia, vulgò *Candbridge-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Cambridge* ad Camum amnem academia celebris, *Caſtelcamps*, *Roiſton*, *Sibergay*, *Burne*, *Ely*.

Noſt

Nortfolcia, vulgo *Nortfolcke*, in qua ſunt *Norvvich*, *Thetford*, *Kenningall*, *Dis*, *Harleſton*, *Bungay*, *Beckles*, *Iarmouth*, *Blackeney* Ioannis Bacconij patria, *Linna* portus.

Suffolcia, vulgò *Suffolck*, Ducatus, in quo ſunt *Ipſvvich* vrbs Mercatorum frequentiâ diues, *Framlinge*, *Alburg* tutiſſima nauium ſtatio; *Dunniche*, *Hoxon* martyrio S. Edmundi clarum, *Bury*, *Nevvmarchet*, *Brethenem*, *Ofton*, *Norton*, *Stavv*, *Needham*, *Hemingſton*.

Eſſexia Comitatus, quem dono dedit Henricus VIII. Thomæ Cromvvellio propter operam impensè ſibi nuatam in profliganda religione catholica; quem poſtea Magnum Angliæ Camerarium, & Georgiani ordinis Equitem auratum, Vicarium generalem Regis in ſpiritualibus, & priuati ſigilli cuſtodem è famulo à ſecretis creauit: antecedentem tamen ſceleſtum hunc miniſtrum pede pœna non claudo inſecuta eſt, quinto enim menſe ab exilio catholicæ fidei, eiuſdem Regis indignationē ſentiens, ſecuri percuſſus pœnas nefarij criminis luere cœpit, eas in æternum apud inferos daturus. Sunt in hac Prouinciâ *Colcheſter* vrbs lanificio nobilis, *Leeg*, *Haucring*, vbi Sancto Eduardo Regi oblatus eſt annulus ipſi per peregrinum à D. Ioanne miſ-

ſus; *Hernechurch*, *Raleg*, *Dumnovv*, *Chanſford*, *Maldon*, *Heningham*, *Earles Coln*, *Chie*, *Harvvich* ſtatio tutiſſima nauium, *Bumſteed*, *Saffronvvalden* vbi maxima croci naſcitur copia.

Hertfordia, vulgò *Herford-ſchire*, Comitatus, in quo ſunt *Hertford*, *Roiſton*, *Vvintmondley*, *Vvara*, *Puckeridg*, *Oiſterhol*, *Redborn*, cuius agrum interfluit riuulus *Vverimer*, qui non intumeſcit niſi portendens graue aliquod ex elementis infortunium; *Abots Langley* patria Hadriani IV. Summi Pontificis.

Middeleſexia, in qua eſt Londinum vniuerſæ Magnæ Britaniæ metropolis, & ſedes Regis ad ripas Tamiſis arce nobiliſſimâ, quæ Turris Londinenſis dicitur, excelſis turribus, latis foſſis, valloque vndique cincta, optimè munita. Ædificia ſiuè publica, ſiuè priuata mirificæ ſtructuræ ſpectantur, nec Mercatorum deeſt frequentia, quorum commercio plurimum diuitiarum Ciues colligunt. Ad *Veſtmunſter*, vbi olim Apollinis erat fanum, conſpicitur nunc templum inaugurationi ſepulturæque Regum deſtinatum, iuxta quod erat Canonicorum nobiliſſimũ collegium Eduardi III. pietate magnificentiſſimè reſtauratum, nunc verò parlamentario conſeſſui addictum; diciturque adhuc locus, vbi habetur,

betur, *Camera depicta S. Eduardi*. Contigua eſt ipſi curia requeſtarum, quæ aula alba nuncupatur, & dein' aula omnium maxima totius Angliæ prætorium. Reliqua oppida ſunt *Stanes, Chelſey, Redeliffe, Barnet*. Regum delicijs deſtinata loca præcipua ſunt ab Henrico VIII. *Hamvvorth*, & *Haptoncourt*.

Cantium, vulgò *Kentſchire*, in quo ſunt Cantuaria vulgò *Canterbury* vrbs præmunita, & diuitijs affluens, in qua colebatur olim Sancti Thomæ Beckeli Archiepiſcopi & Martyris tumulus, apud quem chriſtianæ pietatis argumenta plurima ex auro argentoque dona pretioſis diſtincta gemmis collucebant, ſed Henrici VIII. auaritiâ direpta ſunt; *Depfford* ad Tamiſis ripas oppidum adornandis claſſibus regijs deſtinatum; *Greenuich*, vbi eſt regium palatium à Gloceſtriæ Duce conditum, quod *Placentia* nuncupatur; *Ortfort*, *Graueſande* ſtatio tutiſſima nauium; *Cliffe*, *Pensburſt*, *Rocheſter*, *Sandvvijck* portus, *Doner* opportuna nauim ſtatio, & facilis traiectus in Galliam; *Folckſtone*, *Saltvvood*.

Suſſexia Comitatus, in quo ſunt *Chicheſter* vrbs ampla & munitiſſima, *Arundel*, *Broodvvaeter* Baronia, *Levves*, *Pemſey*, *Haſtings* portus, *Rey* portus.

Surria, vulgò *Sutrey*, Ducatus, in quo

ſunt *Ockham* Gulielmi Ochami patria, *Lettbered*, *Riegat*, *Becbvvorth*; *Kingſtone*, vbi ædes regiæ ſpectantur vulgò *Richemond*, prope quas videlicet in mediterraneis eſt *Noneſuch* Henrici VIII. deliciјs delectus locus.

Hantonia, vulgò *Hantſchire*, in qua ſunt *Southanton* portus probè munitus, & dites; *Charford*, *Ringvvood*, *Chriſt church*, *Vvintcheſter* latinis Vintonia, *Tiſchfeld*, *Portſmouth* in inſulâ *Portſey*, quæ ponte iungitur continenti.

Bercheria, vulgò *Barckschire*, in qua ſunt, *Vvindeſor* amœniſſimus Regum receſſus, *Reading*, *Abbandune*, *Hungerford* Baronatus, *Ockingham*.

Vviltonia, vulgò *Vviltſchire*, in qua ſunt *Sarisburry* vrbs adeo aquis irrigua, vt nullus in eâ publicus locus riuo, vel fonte careat. Splendidis huius vrbis ædificijs præſtat cathedrale templum, quod ab Henrico III. anno 1258. conſtructum & dedicatum eſt eâ venuſtate, quam Rutgerſius ſequenti carmine memorat.

Mira canã, Soles quot continet annus, in vna
Tàm numeroſa, ferunt, æde feneſtra micat.
Marmoreaſq; capit fuſas tot ab arte colũnas,
Cõprehenſas horas, quot vagus ãnus habet.
Totq; patẽt portæ, quot mẽſibus ãnus abũdat:
Res mira, at verares celebrata fide.

Reli-

Reliqua oppida præcipua ex nouendecim ſunt *Danesbury*, *Maimesbury*, *Danteſey*, *Calne*, *Elidon*, *Vvilton*.

Dorceſtria, vulgò *Dorſetſchire*, in qua ſunt *Schiburn*, *Schafbury*, *Buſtport*, *Vveymouth* portus ad oſtium amnis *Vvey*, *Poole*, *Franton*, *Dorcheſter*, *Burnam* ad ripas Sturæ, *Canford*, *Badbury*.

Somerſetenſis Comitatus, vulgò *Somerſetſchire*, in quo ſunt *Briſtovv* vrbs magna & ſpecioſa, *Vveecedpoort* nauium ſtatio, *Vvatcket* nauium ſtatione celebris, *Iucleeſter*, *Athelney*, *Somerthon*, *Bridge vvater*, *Glaſtney*, *Chirton*, *Bathe Seelvvod* in inſula eiuidem nominis.

Danmonia, vulgò *Devvonſchire*, in qua ſunt Exonia vulgò *Exceſter* ad Iſcam fluuium vrbs celebris, & Mercatorum frequentiâ diues; *Tariſtocke*, *Plemouth* opportuna nauium ſtatio, vnde Franciſcus Dracus ſoluens anno 1577. biennio & menſibus decem totum circumnauigauit orbem; *Plimpton*, *Dertmouth* portus, *Torbeay*, *Teignemouth*, *Herton*.

Cornubia, vulgò *Cornvval*, Ducatus, æris & ſtamni fodinis diues, plures etiam adamantes producens; in quo ſunt *Volemouth* portus, *Heilſton* ſignandi ſtamni priuilegio gaudens, *Faye*, *Liſtbyel*, *Liskercka*, *S. Ies*, *Padſtovv*, vndè in Hyberniam 24. horis traiectus eſt.

Vvallia Principatus eſt occidentalis Angliæ pars ad hybernicum oceanum vergens, quæ Sabrinâ, & Dæuâ fluminibus à reliquo Angliæ ſegregatur. In borealem & auſtralem diuiſa eſt. Borealis continet Comitatus ſex, ſcilicet Monam, ſiuè Angleſiam vulgò *Angleſey*, Auorniam vulgò *Car narvvon ſchire*, Denbingam vulgò *Denbingh ſchire*, Flintenſem agrum vulgò *Flint-ſchire*, Meruiniam vulgò *Merionet ſchire*, & Montgomerium vulgò *Montgomery ſchire*. Auſtralis continet Comitatus ſeptem, ſcilicet Cereticam vulgò *Cardigan ſchire*, Radnoriam vulgò *Radnor-ſchire*, Brechiniam vulgò *Brechnok-ſchire*, Monumethenſem vulgò *Monmouth ſchire*, Glamorganiam vulgò *Glamorgan ſchire*, Caermaridunum vulgò *Caermarden ſchire*, & Pembrochiam vulgò *Pẽbroch ſchire*. In Angleſiâ ſunt *Beaumariſch*, *Nevvburg*, *Aber-fravv*. In Auorniâ ſunt *Carnaruon*, *Pull-hely*, *Neuin*, *Bangor*, *Aber-Convvey*. In dẽbingenſi agro ſunt *Denbingh*, *Ruthin*, *Holt* in Regiunculâ *Bromfield*, in qua plurimum gignitur plumbi. In agro flintenſi ſunt *Boduari*, *Lilan-Elvvy*, *Ruthlan*, *Flint*, *Hope*. In Meruiniâ ſunt *Dolegethle*, & *Arlech*. In Montgomerienſi ſunt *Mechleneth*, & *Montgomery*. In Creticâ ſunt *Aber-Tiuy*, *Yſtvvith*, *Abe-*

r-y-Suith

r-y-Suith. In Radnoriâ ſunt *Lhan Andre*, *Radnor*. In Brechiniâ ſunt *Buelth*, *Trechetle*, *Brecknock*. In Monumethenſi ſunt *Munovv*, *Cheptovv*, *Abet Ceuenij*, *Brunebegie* ſeu *Vſche*, *Nevvport*. In Glamorganenſi ſunt *Cardiff*, *Car-Philli*, *Landaff*, *Sully* in inſulâ eiuſdem nominis, *Covvbridge*, *Bouerton*, *Neath*. In agro maridunenſi ſunt *Caermaerden*, *Kiduely* portus, *Llanithefry*, *Dinevvor*. In Pembrochienſi ſunt *Tenby* nauium peropportuna ſtatio, *Milford-havven*, *Carevvcaſtle*, *Havverford*, *Aber-Guayn* commoda nauium ſtatio.

Inſulæ minores circa Angliam præcipuæ ſunt Caſſiterides vulgò *Sorlings*, *Mannia*, *Vecta*, *Gearzey*, *Sarnia*, *Frane*, Caſſiterides ſunt ad occaſum juxtà promontorium antiueſtæum, quod ex Cornubiâ in mare pominet; maxima in his ſtamni copia eſt; harum illuſtrior eſt *S. Mariæ* quæ arce præſidioque militari probè munita eſt. Mannia vulgò *Man* celebria continet oppida *Caſtletonne*, *Duglas*, *Bala-Curi*, & *The-Pyle*. Vecta vulgò *Vvight* continet oppida *Nevvport*, *Caresbrouck*, *Brading*, *Nevvton*, *Iarmouth*, *Godshill*, *Sandham*. Cæſarea vulgò *Gearzey* complectitur oppida S. Hilarij, S. Albani, & *S. Malò*. Sarnia vulgò *Garnſey*, quæ venenoſum animal nullum

patitur, & ſmyrim lapidem vulgò *smeriglio* producit, oppidum habet S. Petri optimè munitum. Inſula ſacra vulgò *Frane* habet oppidum *Bombrovv*.

Scotia in auſtralem quæ cis Taum eſt, & in borealem quæ eſt trans Taum diuiditur. Trans Taum ſunt Prouinciæ, Strath Nauernia, in qua eſt *Thoung*; Cathaneſia, in qua ſunt *Turſo*, *Vvych* portus, *Girnego*; Sutherlandia, in qua *Donobin*, & *Dornoch*; Roſſia, in qua *Channrie*, *Pinvvell*, *Fovvills*, & *Balnagun*; Loqhuabria, in qua *Innerlothea*; Morauia vulgò *Murray*, in qua ſunt *Auld Ernd*, *Parok*, *Altyr*, *Iunes*; Bouqhuania, in qua *Salnys*; Marria, in qua *Kildrummy*, Aberdon vetus & nouum; Mernis, in qua ſunt *Ferdon*, & *Daldikirch*; Anguſia, in qua *Glanys*, *Ferfar*, *Dundee*, *Lindeſaijs*, *Brechin*, *Montroſe*, *Boſchain*, & *Suthesk*; Perthia, in qua ſunt *Dunckelden*, *Perthum*, *Methuen*, & *Rethuen*; *Braid*, & *Albin* Ducatus. Cis Taum ſunt Prouinciæ, Lorna, in qua ſunt Beregomum, & *Dunſtafag*; Cantyra; Arrania, in qua ſunt *Aram* & *Bodvvick*, Argathelia, in qua eſt *Cambel*; Lennoxia, in qua *Dunbarton*; Cunninghamia, in qua *Kilmarnoch*, *Irvvin* portus minorum tantùm nauigiorum patiens, *Ardroſſa*, & *Eglington*; Koila, in

qua

qua *Aire*, & *Vchiltre*; Carricta, in qua *Bargeny*; Gallouidia vulgò *Gallovvay*, in qua *Kirckoubricht* portus, *Vvith horne*, & *Cardnes*; Fiſa, in qua *Calroſſia*, *Kinroſſia*, *Innerckitryn* portus, *Eli* portus, *Bruntiland* portus, *Falcolandt*, & Andreapolis; Strathernia, in qua *Drimein*, *Tulibardin*, *Duplin*, *Innermeth*; Menteitha, in qua *Kirckbrid*, *Dublan*, *Kinkardin*; Sterlinenſis Præfectura, in qua *Sterlin*, *Buchanam*, *Falcherch*; Lothiana, in qua Edemburgus vulgò *Edenborrovv* Regni Scotiæ caput, & Regum quondam ſedes: ſita eſt vrbs non procul à ſcotico freto loco ſatis edito, & probè munito. Eius longitudo ab occaſu in ortum eſt paſſuum circiter mille, latitudo verò 500. non excedit. Portus propinquitas ad Letham amnem, eius commmoda vehementer auget. In orientali vrbis parte regium eſt palatium monaſterio Sanctæ Crucis contiguum. Reliqua oppida ſunt præcipua *Dumbar*, *Hadington*, *Tantallon*. Cluidsdalia, in qua eruitur azurium, habet oppida præcipua *Douglas*, *Lanric*, *Hamilton*, *Glaſcovv* academia celebris; Nithia, in qua *Sangheer*, *Dunfreis*, *Caerlauerock*; Annandia, in qua *Annandale*, & *Mahan*; Lidesdalia, in qua *Branxholm*; Eskdailia, & Euia parui momenti ſunt Regiones; Tvvedia, in qua *Drimlar*,

Selckirck; Pebliana, in qua *Peblim*, *Nipeth*, & *Drumalzarum*, in cuius templo Merlinum vatem tumulatum ferunt; Marcia, in qua *Dumſum* patrimoniale Caſtrum gentis dumſiæ, ex qua Ioannes Duns Scotus natus eſt, *Beruich*, *Rippeth*, *Erſildun*, *Humia*, *Falcaſtell*, *Langton*, *Vvaderborne*, & *Aytona*.

Inſulæ ad Scotiam ſpectantes dicuntur Orcades, quarum aliquæ ſunt auſtrales, aliquæ ſeptentrionales. Auſtrales præcipuæ ſunt *Suna*, *Stroma*, *Petland-skerrie*, *Suda*, *Ranalſa*, in qua ſunt *Vvydvva*, & S. Margaritæ portus ambo tutiſſimi; *Burra*, *Flotta*, *Fara*, *Vvaes*, *Hoia*, *Gramſa*, *Holma carſtan*, *Caua*, *Ryſa*, *Coupinſa*. Septentrionales præcipuæ ſunt *Damſa*, *Albalovv*, *Rauſa*, *Vera*, *Gerſa*, *Egliſa*, *Siapinſa*, *Fara*, *Vvalſtra*, *Papa Vvaſtra*, *Eda*, *Stronſa*, *Papa Strouſa*, *Sanda*, *Ranalſa*, ſeptentrionalis.

Inter Auſtrales & Septentrionales orcades eſt maxima Inſula Pomona, quam (ob eius magnitudinem) aliqui *continentem* appellant longitunem 24. milliariorum, latitudinem verò 9. habens. Ex orcadibus hæc tantum ligna gignit, nulla enim arbor, ſed gramina tantùm in alijs naſcuntur. Oppidum vnicum habet *Kirckvval* cum portu ſatis tuto.

Supra

Supra Orcades in oceano ſeptentrionali in latitude grad. 60. & 61. eſt Terra Hetlandica, quæ in 40. paruas inſulas, & 30. ſcopulos conſiſtit. Omnium maximæ ſunt *Mainland* longitudinis milliariorum 60. & latitudinis 16. & *Ayel* longitudinis 20. milliariorum, & latitudinis 8. Æſtate diem longiſſimum habent duorum menſium. Vrbs vna tantùm eſt in *Mainland* ab omni prorsùs nitore abhorrens, domibus enim ad pluuias, & frigora tantùm arcenda vtuntur; ideòque, præter oſtium & foramen in tecto ad lumen excipiendum, nullum addunt illis aut ornamentum, aut commodum. Ora tantùm maritima colitur, quia ea eſt, in interioribus inſulæ, inclementia Cæli, vt vel aues longiùs arceat.

Ad occaſum Scotiæ ſunt inſulæ ab aliquibus Hebridæ, ab alijs Æbudæ, ab alijs denique occidentales dictæ, quarum numerus eſt 300. circiter, quarum maiores ſunt, Ila vulgò *In*, *Diura*, *Mula*, *Skia*; *Vaterſa*, vbi eſt percommoda nauium ſtatio; *Barra*, vbi aſellorum copioſiſſima habetur piſcatio; inſula Pigmeorum, vbi maxima eſt balenarum copia; *Viſtus*, & *Seuta*.

Hibernia Regio eſt mira Cæli temperie fruens, soli tamen vbertate minimè læta, nec enim ſegetibus nutriendis, aut

matu-

maturandis vuis par eſt; ſed herbis vbique adeò luxuriat, vt armenta, ouiumque greges nuſquàm alibi fæliciùs alantur. Apum eam vim nutrit, vt nulla penè arbor examine careat. Venenatum animal nullum procreat, & aliundè inuectum extinguit. D. Patricius à Cæleſtino Papâ illùc miſſus catholicam fidem eo ſucceſſu prædicauit, vt ſanctorum patria meritò nuncupetur Hibernia; & licet Henrici VIII. & dein Eliſabeth eius Filiæ, ac nouiſſimè anglicani parlamenti graſſantibus perſecutionibus incredibiles ſint calamitates incolæ perpeſſi, numquàm tamen vt à ſanctiſſimis eiuſdem inſtitutis deficerent, aut obedientiam Romani Pontificis abijcerent, adduci potuêre; quarè noſtris etiam hiſce temporibus ab hæreſum inquinamento abhorrentes, Anglorum Regi ciuilem, Romano Pontifici ſpiritualem obedientiam præſtant. Huius inſulæ partes præcipuæ ſunt quinque, videlicèt *Vltonia* ad ſeptentrionem, *Connachtia* ad occaſum, *Momonia* ad Meridiem, *Lagenia* ad ortum, *Media* in mediterraneis.

Vltonia, Anglis *Vlſter*, decem Comitatus complectitur, qui ſunt *Donegall*, vbi inſulam format amnis *Liffer*, in qua S. Patricij Purgatorium patet; *Tir-oen*, in quo eſt *Straban* Caſtrum; *Coltan*, in quo

ſunt

ſunt *Colran* & *Thome*; *Antrim*, in quo eſt *Antrim*, *Caric-forgus*, *Clome boy*, & *Olderfleet* malefida nauium ſtatio; *Dovvn*, in quo ſunt *Nevvry*, *Dromore*, *Dovvn*, & *Strandford* portus tutiſſimus; *Armagh*, in quo eſt *Armacha*; *Louth*, in quo ſunt *Droghedam*, *Ardeth*, *Dundalck* portus, & *Calingford* optima nauium ſtatio; *Monaghan*, in quo eſt oppidum eiuſdem nominis; *Cauon*, in quo eſt *Kitmore*; *Fermanagh*, in quo eſt propugnaculum *Iniſckillin*, in alueo celeberrimi lacus *Erne* piſcibus apprimè abundanti.

Connachtia, vulgò *Connanght*, Regio eſt plurimis obſita ſiluis, & innumeris penè ſtagnis irrigua. Septem complectitur Comitatus, qui ſunt, *Slego*, in quo *The Bay of Slego*; *Maio* vrbem habens eiuſdem nominis; *Galvvay*, in quo ſunt *Galvvay*, *Athenry*, *Knoc toe*; *Clare* habens oppidum eiuſdem nominis Comitum ſedem, & *Kilfennerag*, *Killaloe*, *Bunraty*; *Roſcoman*, in quo ſunt *Elphen*, *Roſcoman*, *Athlone*; *Letrim*, in quo eſt oppidum eiuſdem nominis; *Longford*, in quo *Athlon*.

Lagenia, Anglis *Leinſter*, ſeptem Comitatus complectitur, qui ſunt, Dublinenſis vulgò *The Countie of Diuelin*, in quo reperiuntur *Dublin* vrbs celebris & totius Hiberniæ primaria, *Vvicklo* portus

tus, *Nevv Caſtle*; *Kildar* cum oppido eiuſdem nominis, in quo S. Birgitta S. Patricij diſcipula nata eſt; Comitatus Reginæ, vulgò *Leaſſe* Hibernis, *Queenes County* Anglis, in quo eſt oppidum *Mary burg*; Comitatus Regis, in quo eſt oppidum *Philips Tovvne*; *Caterlogh*, cuius præcipua loca ſunt *Carlogh*, & *Leichtin*; *Vveisford* complectens oppida *Roſs*, *Duncanon*, *Vveisford*, *Banna*, *Enoſcort*; *Kilkenny*, in quo eſt celebre eiusdem nominis oppidum.

Momonia, Hibernis *Movvn*, Anglis *Mounſter*, Prouincia eſt frumento, lanâ, & piſcibus, ac præcipuè halecum, & aſellorum copiâ abundans, quos capiunt præſertim ad promontorium *Eangh.* Sex continet Comitatus, qui ſunt, *Tipperary*, in quo *Emely*, *Caſſil* ſedes archiepiſcopalis, *Klommel*, & *Garik Mac Giffin*. Comitatum hunc ab Henrico VIII. dono accepit Thomas *Bollein* Pater Annæ Bolleniæ, ex qua Eliſabeth ſuſcepit prolem ab eâ genitrice minimè degenerem, quæ innocentem Mariam Scotiæ Reginam poſt diuturni carceris ærumnas ſecuri percuti nefariè curauit. *Limirik*, in quo eſt vrbs eiusdem nominis emporium totius Momoniæ; *Clan Vvilliam*, *Kill-Mallo*, & *Adare*; *Kerry*, in quo *Ardart*, *Dinglo* portus ſatis

tis

tis commodus, *S. Mervvyck*; *Deſmond*; *County*, in quo *Roſſ* nauium ſtatio, *Kinſale* portus, *Corckach* vrbs primaria, *Ioghall*; *Vvaterford*, in quo *Vvaterford* portus percommodus, *Liſmor*, *Dungaruan* portus.

Media, vulgò *Myh*, Anglis *Methe*, in duos diuiditur Comitatus, quorum primus eſt Midia orientalis, ſecundus Midia occidentalis. In oriontali ſunt *Galtrim*, *Killin*, *Dunſany*, *Trim*, & *Nauan*. In occidentali, quæ dicitur vulgò *Vveſt-Meth*, ſunt *Molingar*, & *Dervvarth*.

In Baltico.

Bernhol, *Goſia*, *Rugen*, & *Vſedon* ad oras Pruſſiæ.

In Oceano Germanico.

Dania, & Zeelandia, de quibus Cap. XIII. ſatis dictum eſt.

In Oceano Occidentali.

Inſulæ Azorum, vulgò *Terzere*, ab aliquibus dictæ Belgarum, quæ ſeptem ſunt, ſcilicet S. Michaelis, Terzera, *Faial*, *Graziosa*, *Corbo*, *Garſe*, *Pico*.

In Mediterraneo.

Ad Hiſpaniæ oras ſunt Maiorica, Minorica, Ebuſus, Scombraria, & For-

men-

mentera, quæ duæ poſtremæ nullo cultore habitantur. Maioricæ ambitus eſt milliar. 300. Metropolis, eſt Palma. Minoricæ ambitus eſt milliar. 150. Metropolis eſt *Cittadella*, & ſunt in eâ duo præcipui Portus *Maon*, & *Fernelo*.

In Mari Gallico.

Inter Narbonam & Aquas mortuas ſunt *Pomeghe*, quarum præcipua eſt *Magaleone*.

Prope Tolonij oras ſunt Inſulæ *Eres*, S. Honorati, & Planaſia.

In Mari Liguſtico.

Corſica, cuius ambitus eſt milliar. 322. Metropolim habet *Calui*, cui ſecundæ ſunt Fanum S. Florentij, & Fanum S. Bonifacij.

In Mari Sardoo.

Sardinia, cuius metropolis eſt *Cagliari*; cui ſecundæ ſunt *Oriſtagno*, & *Bozo*. Ambitus totius inſulæ eſt milliar. 562. & circa ipſam ſunt ſcopuli inculti paruarum inſularum formam præſeferẽtes.

In Mari Tyrrheno.

Ilua vulgò *Elba*, in qua eſt *Longone* portus, & Coſmopolis cum portu qui dicitur

Fer-

Ferraio ad Magnum Etruriæ Ducem ſpectans. Ambitus totius inſulæ eſt milliar. 25.

Gorgona, Capraia, Palmaiola, Troia, Giglio nullius ſunt momenti.

In Mari Neapolitano.

Ad fauces ſinus neapolitani ſunt *Palmaiola*, *Panza*, Inſula S. Martini. In ipſo ſinu eſt *Iſchia*, *Megara* cum arce vulgò *Caſtel dell' Ouo*, *Procida*, *Capri* Tiberij olim deliciæ, *Poncia*, *Leucaſia*, & aliæ minores.

In ſinu S. Euphemiæ ſunt Eoliæ ſeptem vulgò *Stromboli*, ſcilicet *Lipari*, *Panaria*, *Volcanella*, *Saline*, *Felicur*, *Alicur*, & *Vſtica*.

In Mari Siculo.

Sicilia, à triangulari forma Trinacria dicta, iuxta tria promontoria ſatis inuicem diſſita in tres diuiditur partes, ſcilicet ad Pelorum inter amnes Ieriam & Imeriam eſt vallis Demonæ, cuius caput eſt Meſſana portus omnium Europæ pulcherrimus; cuius Ciues nuper prædiuites, cum ab Hiſpano Rege ad Gallum defeciſſent, arctiſſimâ obſidione coacti ſunt victoris arbitrio ſe dedere, plurimique illorum metu ſupplicij domo profugi & ærumnis miſerè confecti, documen-

to

to poſteris fuêre nullum transfugis locum ſatis tutum reperiri. Ad promontorium Pachinum, vulgò *Capo paſſero*, inter amnes Neritam & Gelam eſt vallis *Noto*, cuius metropolis eſt vrbs Syracuſana Archimede clara. Ad Lilibæum promontorium eſt vallis Mazaræ, cuius caput eſt Panormus ſedes Proregis. Ambitus totius inſulæ eſt milliar. 700.

In Adriatico.

Curzola, cuius ambitus eſt milliar. 90. *Veglia* ambitus milliar. 100. & aliæ minoris momenti.

In Ionio.

Corfù, *Zante*, *Cefalonia*, & Itaca vulgò *Iſola del compare* Vliſſis patria.

In Ægeo.

Plurimæ ſunt Inſulæ, quæ in Ciclades, & Sporades diuiduntur. Ciclades prope *Sdile*, quaſi circulum formantes, ſunt *Sdile*, *Suda*, *Tine*, *Macroniſſi*, *Milo*, *Namfro*, *Nio*, *Pergola*, *Nicaria*, *Nixia*, *Palamoſa*, *Pario*, *Zea*, *Andro*, *Fermenia*. Sporades ſunt *Stampalia*, *Piſcopia*, *Lango*, *Caloiero*, *Capra*, *Hiali*, *Samo*, *Scio*, *Metelino*, *Tenedo*, *Stalimene*, *Samandrachi*, & Eubœa vulgò *Negroponte* omnium prædictarum in Ægeo maxima.

In

In Mari Cretico.

Creta, cuius ambitus eſt milliar. 700. Præcipuæ eius vrbes ſunt *Candia*, *Canea*, & *Rettimo*.

In Mari Lycio, Pamphilio, & Cilicio.

Scarpantus, vndè carpatium hoc mare dictum fuit, ambitus milliar. 20.

Rhodus, ambitus milliar. 120.

Cyprus, ambitus milliar. 500. cuius præcipuæ vrbes ſunt *Nicoſia*, & *Famaguſta*; ſed poſtquam in poteſtatem Turcarum deuenêre nullius penè pulchritudinis factæ ſunt.

In Mari Libico.

Zerbi ambitus milliar. 20.

Melita, vulgò *Malta*, Equitum Ieroſolymitanorum ſedes, ambitus milliar. 60. tota egregijs munitionibus firmata.

CAPVT XX.
De Aſia.

Aſiæ termini ſunt, à ſeptentrione oceanus tartaricus; ab ortu oceanus ſinarum; à meridie oceanus indicus; ab occaſu iſthmus, per quem ſeparatur ab Aphricâ, mare mediterraneum, boſphorus thracius, boſphorus cimmerius palus Meotis, & flumen Tanais, cum lineâ

lineâ ductâ ab eius flexu, ad fauces fluminis Obij. Eius magnitudo tanta eſt, vt Europam Affricamque ſimul vna ipſa ferè ſuperet; longitudo enim eſt milliar. circiter 6000. latitudo verò 4500. Eius nobilitatem præ cæteris gentibus commendant primi hominis in eâ formatio, & ſacroſancta veteris ac nouæ Legis oracula, quæ Moyſes à Domino accepit, & Chriſtus Dominus vniuerſo terrarum orbi præcipere dignatus eſt. In hac noſtræ laciniam mortalitatis induit Deus, vt hominem à mortis corruptione liberatum ad diuinam factus homo conditionem eueheret. Hinc homines; hinc religio, ſacri ritus, & cæremoniæ, mores, humana diuinaque omnia toti humano generi fluxêre.

Religio in Aſiâ quadruplex eſt, ſcilicèt iudaica, mahumetana, ethnica, & chriſtiana. Mahumetana in quatuor ſectas diuiditur, ſcilicet Turcarum, Perſarum, Arabum, & Tartarorum. Turcarum Patriarcha eſt *Bagdeti*, reliquorum verò in vrbe *Iſpaham*. Chriſtianorum plures ſunt ſchiſmatici, Iacobitæ quorum Patriarcha degit in oppido *Caramit*. Neſtoriani, & Armeni ſuos pariter Patriarchas agnoſcunt, quorum alter *Siruan* oppidum Mediæ, alter *Ciz* oppidum Ciliciæ incolit. Nec deſunt

Maro-

Maronitæ, Georgiani, Cophitæ, alijque quàmplures vario religionis ritu abutentes. Cæli ſalubris vbique temperies, in Scythiâ tamen aſperior eſt. Solum mirè ferax, non tàm ditat incolas, quàm delicijs & luxuriæ aſſuetos, molles ac effœminatos reddit. Diuiditur Aſia in Imperium Turcicum, Georgiam, Arabiam, Perſarum Imperium, Scythiam ſeù Tartariam, Sinarum Regionem, & Indiam.

Imperium Turcicum.

Imperium Turcicum complectitur Aſiam minorem, Armeniam, Aſſyrios, Syriam, & nonnullas Inſulas. Eius termini ſunt, à ſeptentrione Georgia, & mare nigrum; ab occaſu egeum; à meridie Arabia; & ab ortu Perſæ. Nulla olim in terris Regio beatior, ſiue ſoli vbertatem conſideres, ſiue vrbium ſplendorem, opeſque intuearis: ſed Turcarum iugo ſubiecta, deſolationem & vaſtitatem patitur tantam, vt nulla gens maioribus conficiatur ærumnis. Infeſtis Perſarum armis adeò frequenter hoc Imperium appetitur, vt ad tuendos ab eorum incurſionibus fines, paratas ſemper habere copias Turcarum Imperator cogatur. Opes huius Imperij numero militum, non verò vrbium aut arcium muni-

tione conſtant; ſi enim Aſiam minorem, ſeu Natoliam peragraueris, oppida omnia mœnibus ſpoliata reperies. In toto Imperio loca munita ſunt, *Van* contra Perſas propugnaculum, *Bagdet* cum arce quadratâ ad ſeptentrionalem ipſius partem in ripâ Tigris amnis, *Moſul* arce pariter munitum; *Teflis*, & *Derbent* contra Georgiam; Alepum & Damaſcus in Syriâ. *Dardanelli* ſunt arces duæ ad propontidem, vulgò *Stretto di Gallipoli*, mille paſſuum interuallo inuicem diſtãtes, veteri architecturâ conſtructæ, ad impediendum nauibus ingreſſum ad vrbem Conſtantinopolim.

Aſia minor, ſeu Natolia, eſt veluti peninſula, & complectitur Cappadociam vulgò *Amaſia, Genec, & Suuas*; Paphlagoniam vulgò *Cittuaia*; Magneſiam; Pamphiliam nunc *Caramania*. In Cappadociâ eſt *Trebizonda* olim Imperij eiusdẽ nominis caput, *Amaſia* Strabonis Patria, *Simito*, *Cadizar*, *Suuas*, & Neocæſarea. In Paphlagoniâ ſunt Nicæa Cõcilio Nicæno primo celebris; Chalcedõ nũc *Scutari*, Concilio Chalcedonẽſi clara; *Ancira* S. Clemente inſignis; *Cituaia*, *Sinopi* Mithridatis regia; Nicomedia nunc funditùs euerſa; & *Burſia* Ottomannorum Imperatorum ſedes, antequàm Andrinopolim, & Conſtantinopolim ſuæ ditionis

fecis-

feciſſent. In Magneſiâ [quæ continet Myſiam, Phrygiam, Lydiam, Æoliam, Ioniam, Doridem, Cariam & Lyciam] præcipua loca ſunt Magneſia ſedes Præfecti, qui ſolet eſſe Primogenitus Regis Turcarum; Abidus ad fauces Helleſpõti; Epheſus Concilio celebris; Patara Diuo Nicolao Epiſcopo celebris; Smirnæ mercatorum frequentia diues oppidum in orâ maritimâ, cum portu ſatis commodo; & *Landichia*. Aliæ vrbes, vt Troia; Pergamum, vbi pergamenæ cartæ vſus primò fuit inuentus; Antandrus, Adrametus, Miletus, Philadelphia, & Cizicus vix ſui ruinas oſtendunt. In Pamphiliâ nunc *Caramania*, quæ à ſinu Sataliæ ad ſinum *Laiazzo* extenditur, comprehenduntur Cilicia, Iſauria, & Lycaonia. Oppida celebria ſunt *Satalia*; Tarſus D. Pauli patria, nunc *Adona*; Iconium nunc *Cogna*, emporium, quo Turcæ, Græci, Arabes, & Armeni Mercatores frequentiſſimi confluunt; *Dragati*, *Curco*, Antiochia, Heraclea, *Amenico*, *Azili*, & *Laranda*.

Armenia in maiorem vulgò *Curdiſtan*, & minorem vulgò *Anadalia* diuiditur; nunc *Turcomannia* nuncupatur. In hac Regione mons conſpicitur, in quo arca Noè poſt diluuium conſtitit. Vrbs primaria eſt *Erzerum*. Reliqua oppida ſunt

Eſchia, *Boa*, *Teſpia*, *Aſcor*, *Carzaria*, *Malatia*, & *Naugolia*. Contermina Armeniæ eſt Meſopotamia nunc *Diarbech*, in qua ſunt *Caramit*, & *Bagdet* olim Babylon à Semiramide conſtructa, vrbs ad confluentes Tigris & Euphratis, cuius rudera etiamnum veteris Babylonis magnitudinem tantam fuiſſe demonſtrant, vt plus oculi cernant, quam animus concipere valeat; vix enim vnius diei iter toti circumeundæ ſufficit. Reliqua oppida ſunt *Nizibis*; *Mozzo* emporiũ celebre; *Alech*, *Oranzar*, *Sapta*, & *Amodis*.

Aſſyria oppidum habet magni momenti *Scheberezul* ſedem Præfecti.

Syria in ſuperiorem & inferiorem per Libanum Montem diuiditur. Hæc eſt illa promiſſionis terra lacte & melle manans, cuius aditum tot periculis & laboribus, tantiſque miraculorum portentis, ſibi patefieri populus iſraeliticus conſpexit; hæc incarnati Saluatoris cunas; hæc prædicationem, miracula, mortem, & ineffabiles in genus humanũ immenſi opes amoris, ſi, vt mirari potuit, venerari voluiſſet, nulli gentium foret fælicitate ſecunda. Cæli temperies non alibi ſalubrior; feracitatem ſoli etiamnum prodigioſa fructuum magnitudo commendat, cum vuæ racemos hominis mẽſuram æquantes adhuc vites producant.

In ſu-

In ſuperiori Syriâ ſunt Phœnicia, Comagenes, Cœleſyria, Calcitides, Traconitides, Laodicea, & Palmirene. In inferiori ſunt Galilæa, Samaria, Iudæa, & Idumæa. In ſuperiori Syriâ vrbs præcipua eſt Apamæa vulgò *Aleppo*, portus celeberrimus, & congregandis Ottomannicis copijs delectus locus, quoties cum Perſis bellum ineunt; Damaſcus, Antiochia, Tyrus, Tripolis, Laodicea, & Sidonia. In Inferiori ſunt in Galileâ *Nazareth*, *Ptolemais*, *Cana*, Capharnaum vulgò *Reyme*, *Hebron*, & *S. Gio. d' Acre*. Sunt in hac Prouinciâ montes Thabor, & Carmelus. In Samariâ, quæ eſt trans Iordanem verſùs Arabiam ſunt Cæſarea nunc *Azon*, *Sichem* nunc *Napoloſa*, & Samaria iam pene euerſa. In Iudæâ, quæ eſt inter lacum ſeù mare mortuum, & mediterraneum, Samariam, & Idumæam, ſunt Ieruſalem olim tantæ magnitudinis, vt ſupra ſexcentis hominum millibus habitaretur, nunc vix ſeptem millia numerat. Mœnia præterfluit torrens *Cedron*, & intra vrbem eſt Chriſti Domini ſepulchrum. Ad orientalem vrbis partem vallis Ioſaphat ſe ſe aperit. *Ioppe* eſt portus ſatis commodus; *Bethlehem* Chriſti Domini incunabulis celebris iam tota funditùs corruit, ſuperſtite tantùm Franciſcano-

rum cœnobio. In Idumæâ, quæ à meridie contermina eſt Ægypto, ac præruptis montibus magnâ ex parte occupatur, ſunt *Baruth*, *Aſcalona*, *Gaza*.

Iuſulæ ad Turcicum ſpectantes Imperium in orâ aſiatica mediterranei ſunt Cyprus & Rhodus, de quibus ſupra c.19.

Georgia.

Georgia Regio eſt inter mare nigrū, & caſpium ſita, hoc ad ortum, illud ad occaſum habens; Turcomanniam verò ad meridiem; & Tartariam ad ſeptentrionem. Complectitur Regiones *Mingreliam*, *Gurgiſtan*, *Zuirie*, & Circaſſiam.

Mingrelia olim Colchis, metropolim habet *Sauaſtopoli* ſedem Principis, qui leue tributum quotannis pendit Turcarum Imperatori. Reliqua oppida ſunt *Genes*, *Sentina*, *Goro*, & *Faſſo* latinè Phaſis ad fauces amnis eiuſdem nominis aureo vellere à poetis celebrata. Hæc iam eſt in poteſtate Turcarum, qui Duce Amurat III. cum eam munire vellent, vt ſibi facilem ac tutum pararent aditum in Perſas, fuêre à Georgianis cæſi, ex quo bellum atrox cœpit, quo Turcæ duobus optimis eorum oppidis, ſcilicet *Teflis* & *Derbent*, potiti ſunt, quorum primum eſt ſedes Præfecti vulgò *Baſſà*, ſecundum eſt fortiſſimum propugnaculum

in

in Perſas, portuq; gaudet in mari caſpio.

Gurgiſtan olim Iberia, metropolim habet *Cori*. Reliqua oppida ſunt *Gliſca*, *Riuan*, *Tomaris*, *Sabran*, quorum pleraque in Turcarum poteſtatem ceſſêre.

Zuirie olim Albanîa, tributum pendit Imperatori Perſarum, qui vulgò dicitur *Sophi*. Metropolis eſt *Stranu* præruptis & altiſſimis montibus vndique munita.

CircaſſiaRegio eſt ad paludem Meotim, & Tanaim vergens. Agrum eius crebri diſtinguunt riui, ſed montium aſperitas ſterilem, ac incultum reddit. Populi libertate gaudent, cum exteris gentibus inacceſſam natura montium ac ſiluarum difficultatibus Regionẽ fecerit. Metropolis eſt *Mora* portus in ora nigri maris probè munitus. Reliqua oppida ſunt *Cromuco*, & *Aſoph*: hoc tamẽ poſtremum ad paludẽ Meotim ſitũ emporium eſt celebre ditionis Turcarum.

Arabia.

Arabia veluti peninſula terminatur, ab occaſu mari rubro; à meridie oceano arabico; ab ortu ſinu perſico; à ſeptentrione *Diarbec* & Syria. Eius latitudo eſt à 13. ad 35. gradus, lõgitudo ab *Adon* ad promontorium *Raſalgate* eſt paulò minor latitudine. Vehementiſſimo æſtu laborat hæc Regio, quæ propterea inha-

bitabilis foret, niſi nocturno rore calor diurnus leniretur. Æſtiuo tempore ventus quaſdam Regionis partes adeò calidus & ſiccus perflat, vt obuia quæque, non ſecus ac ignis, adurat. Arabum ingenia ferocia ſunt, & belli gloria nulli gentium cederent, ſi diſciplinæ militaris patientes eſſent; ſed libertatis libidine, plerique imperia detrectantes, rapto viuere geſtiunt, nunc finitimorum agros populantes, nunc viatorum ſarcinas diripientes: equos & camelos plurimos alunt. Quidam eorum nudo corpore; quidam longâ, ſed ſubtiliſſimâ induti veſte incedunt. Natus eſt in hac Regione Mahometes pſeudopropheta, cuius errores ſectantur Arabes, quidam tamen ſecundùm expoſitionem *Hali*, quidam ſecundùm *Homar*. Vrbis Meccæ, in qua natus eſt Mahometes, dominium obtinet Princeps vulgò *Cirifo*, Turcarum Imperatori leue pendens tributum: portum tamen eiuſdem, vulgò *Ziden*, Turcæ habent. Diuiditur Arabia in petream, deſertam, & fœlicem. Tota petrea, munitiſſima oppida fœlicis, & plura deſertæ, in Tucarum poteſtate ſunt. Quod reliquũ eſt ſuis peculiaribus paret Principibus, qui Perſarum *Sophi* protectione gaudent. Arabia petrea ſita eſt ad rubri maris oras, pluribus occupata monti-
bus

bus, inter quos celeberrimi ſunt *Oreb* & *Sina*, in cuius ſummitate Moyſi legem Deus dedit, & monaſteriū eſt ſepulchro S. Catharinæ virginis & martyris clarum: metropolis eius eſt *Horac* rupibus aſperrimis inſidens. Reliqua oppida ſunt Petra nunc *Barra*, *Tor* portus ad mare rubrum, & ſtatio nauium ex Indiâ, Ægypto, & Meccâ aduenientium; *Fara*, & *Sicabo*. Arabia deſerta olim *Cedar*, dicitur deſerta, quia ad occaſum, qua vergit ad petream, perpetuo ſabulo, ſiluis, ac ſterili ſolo, omnes reſpuit cultores; cæterum qua Euphratem, & fœlicem proſpicit Arabiam, frequentes habet vicos, & oppida. Metropolis eius eſt *Ana*, quam Euphrates interfluit: arce munita eſt, in cuius præſidio 100. circiter Turcæ ad latronum repellendas iniurias vigilant. Quatuor millia ædificiorum vrbs complectitur, eiuſque Ciues omnes lanificio ſtudent. Reliqua oppida ſunt *Vimbar*, *Darmon*, *Caſtagne* &c. Arabia fœlix vulgò *Ayman*, myrrham, balſamum, cinnamomum, manna, caſſiam, & thus, tantâ copiâ gignit, vt omnibus ferè terrarum partibus ea ſuppeditet. Metropolis eius eſt *Aden*, emporium celeberrimum ad fauces rubri maris, quo Mercatores ex Aphricâ & Aſiâ vniuerſâ frequentes confluunt. Arce rupi inſiden-

te munita eſt. Sedes eſt Turcarum Præfecti. Ad Turcas etiam ſpectant *Zibith*, & *Fartac*, duorum Regum olim ſedes, qui cum Turcarum fidei ſe commiſiſſent, ac firmandæ opis deſiderio fœdera cum ipſis iunxiſſent, vterque Regno ſpoliatus crudeliſſima morte necati ſunt; qua immanitate perterriti, & alienis ærumnis cautiores facti qui interiores Arabiæ partes incolunt, ab ipſorum amicitiâ ſemper abhorruère. Eſt etiam in hac Regione *Mecca* natalibus Mahumetis celebris, & *Medina* eiuſdem ſepulchro memorabilis. Reliqua loca ſunt *Aſſar*, *Tartach*, *Saua*, *Maſa*.

Perſia.

Perſarum Imperium terminos habet, ab occaſu Imperium Turcarum; à meridie oceanum perſicum, & indicum; ab ortu continentem Indiæ & partem *Zagathai* Tartariæ; à ſeptentrione aliam partem *Zagathai*, & mare caſpium. Horum Imperator *Sophi* nũcupatur, & eius Primogenitus *Mirza*. Incolæ eximiâ formæ pulchritudine gaudent, & vix alibi humaniores reperies. Eorum ager ferax, & amœnus ferè vbique eſt. Serico, manna, rhaubarbaro, lapide *Belzuar* præcipuè abundant, quas merces Babyloniam, & *Ormus* conuehunt, inde

in Europam,hinc ad Indos tranſmiſſuri. Grauiſſimi Perſis finitimi ſunt Turcæ, quos tamen poſt acceptum bombardarum vſum priùs ipſis incognitum tantâ vi repellunt, vt ingentes ipſis intulerint clades, equitum præcipuè robore, quos ad ducenta millia armatos in aciem Perſarum Rex ducere poteſt. Oxus amnis nunc *Albiamu* hoc Imperium à Tartaris diuidit,qui tamen vrbem *Balche* obtinentes, indè in Prouinciam *Coraſan* frequentes faciunt incurſiones. Magni Mogolis Regnum diuiditur à Perſarum Imperio perpetuis, ac inuijs montibus, quos cum equitatus perſicæ militiæ robur peragrare nequeat, propterea coacti ſunt Perſæ liberum illis ſuas per Regiones tranſitum præbere, qui etiam citra montes vrbem *Candahar* & alia oppida Perſis erepta poſſident. Luſitani arcem *Ormus* tanquam præcipuum ipſorum nauigationis munimentum cuſtodiunt. Quindecim in partes, ſeù Prouincias, hoc Imperium diuiditur, ſcilicet quinque ad mare caſpium, *Seruan, Gueilan, Mazandaron, Tabareſtan,* & *Gorgian*; quinque ad ſinum perſicum, ſcilicet *Cuſiſtan, Ormus, Farſi, Khermoen,* & *Makeron*; quinque in interiori Regionis ſinu, ſcilicet *Curdiſtan, Hyerak, Koraſan, Khoemus* & *Sagiſtan*. Metropolis totius Re-

gni & ſedes Imperatoris eſt *Iſpaham* in *Hyerak*, cum priùs ante Regem *Xa Abas* degerent Soltaniæ, *Tauris*, & *Casbin*. Vrbs eſt magna duplici foſſa, & arce munita. Reliquæ vrbes inſigniores ſunt in Cuſiſtan *Sous*, vbi Aſſueri Regiam fuiſſe ferunt; *Ormus* in inſulâ *Gerum* ad fretum *Moncandan*; *Baharem*, vbi vniones & magnitudine & pretio cæteris omnibus præſtantiores reperiuntur. In *Farſi Siras* olim Perſepolis, pluſquàm centum millia ædificiorum complectens, & delicijs adeò affluens vt Mahumetem eò ire recuſaſſe dicant Perſæ, ne delicijs vrbis, ac mulierum venuſtate caperetur; *Tauris* olim Ecbatanæ, *Sultania*, *Naſſiuan*, *Salmas*, *Seres*, *Bachu*, *Saura*, *Camara*, *Canas*, *Kirmain*, *Guzarate*, *Cabul*, *Multan*, &c.

Tartaria.

. Scythia ſeu Tartaria maxima pars eſt continentis Aſiæ. Terminos habet à ſeptentrione oceanum glaciatum; ab ortu mare eoum; à meridie Regionem Sinarum vulgò *China* (à qua per montes præruptos, & murum 1500. milliariorum diuiditur) Indiam, & Perſas, à quibus monte Tauro, Oxo flumine, & mari caſpio ſegregatur; ab occaſu habet Sarmatiam europæam, ſeu Ruſſiam albam.

Re-

Regio eſt perpetuis plena nemoribus, quæ pinguia pecori pabula præbent, in quo opes omnes ſunt Scytharum. Incolæ ferociſſimo præditi ingenio, nullas norunt delicias; plerique plauſtra corio conte&ta pro domibus habent, & modo hûc modo illûc, cum mulierum ac liberorum gregibus, paſſim vagantur. Cibus ipſis optimus ſunt carnes crudæ; glandibus pro pane vtuntur. Religionem plurimi mahumetanam; multi, præſertim qui Moſcum Principem audiunt, ſchiſmaticam; pauci iudaicam & chriſtianam. Frequentiſſimas in finitimos faciunt incurſiones; non victoriæ cupiditate, ſed ſpe prædæ compulſi, vt potè qui rapto viuere gloriantur, licèt domi nullum ſcelus adeò ſeuerè puniant ac furtum. Diuiditur Tartaria in Cathaiam, Zagathaiam, deſertam, & veterem. Cathaia contermina eſt Sinenſibus & mari eoo: vino & oleo caret; ſed hordeum, aliaſque ſegetes multas gignit, ac pecoribus abundat. Sericana olim dicebatur, cuius Rex maximum in Scythiâ Imperium obtinet, magnuſque *Cham* nuncupatur. Metropolis & ſedes Regis eſt *Cambalu* ambitus 24. milliariorum. Reliqua oppida ſunt *Tenduc*, *Tainfu*, *Tebet*, *Bagu*, *Gog*, *Camul*, &c. Zagathaia contermina eſt Perſis, Indis, &

caſpio mari, & intra Imaum montem, continetur. Metropolis eſt *Samaracanda* Tamerlani patria, quam, ipſo capto & ferreâ caueâ incluſo, æquauit ſolo Baiazetus Turcarum Imperator; quare nunc paruum oppidum eſt. Reliqua loca ſunt *Caſtar* Turqueſtani Regni caput, *Motalgala*, *Vergu*, *Diamuch*, *Terment*, *Carakia*, *Sala*, *Riſan* &c. Deſerta Ruſſiæ ſeù Moſcuæ finitima ad ripas Volgæ & Obij fluminum iacet, magna pars Magno Moſcouiæ Duci paret. Metropolis eius eſt *Aſtracam* ad fauces Volgæ frequenti Mercatorum confluxu ditiſſima. Reliqua oppida ſunt *Caſſam*, *Koſaka*, *Ceremeſi* &c. Vetus Tartaria vſque ad fretum *Anian* porrigitur. Metropolis eius eſt *Tartar*. Reliquum feritas incolarum incognitum reddit; cum nec à vorandis ſuis abſtineant.

China.

Sinarum Regio, vulgò *China*, terminatur ab ortu oceano eoo; à meridie India; ab occaſu montibus Damaſijs ipſam ab Indiâ ſegregantibus; à ſeptentrione Scythiâ. Eius longitudo à meridie ad ſeptentrionem eſt milliariorum circiter 1400. latitudo verò circiter 1200. Cæli mira vbique ſalubritas. Solum ferax æquè ac delicijs affluens; ſac-

carum præcipuè, linum, & ſericum gignit. Incolæ ad omnem humanitatem compoſiti morum elegantiam eximiæ ingenij ſubtilitati non abſimilem fouēt. Maximus apud ipſos virtuti eſt honos. Typographicam artem, tormentarium puluerem, & bombardarum vſum, ante Europæos ipſis fuiſſe conſtat. Exteras gentes intra ſuos fines ægrè admittunt; quare nemini iniuſſu Regis ingredi Prouinciam licet, qui tamen hoc Mercatoribus facilè indulget. Liberialium ſtudijs diſciplinarum ſedulam nauant operam, nec armorum gloriam magnifaciunt, vt potè qui propijs contenti aliena minime affectant. In quindecim Prouincias tota Regio diuiditur, quæ ſunt *Cantan* cum vrbe eiuſdem nominis Mercatorum frequentiâ celebri. *Quanci, Yuncam, Fuquiem* vbi puriſſimi ſunt auri fodinæ, *Kiamſi, Suſcuam, Huquam* oleo præcipuè diues; *Chequiam*, in qua eſt lacus *Sihu* delicijs eximiè celebris; *Namquim* cum vrbe eiuſdem nominis, quæ eſt Regis ſedes, ædificiorum ſplendore, Mercatorum confluxu, omnique optimarum rerum copiâ, ſpectabilis. Sita eſt ad ripas amnis *Iamſu* cuius aquas partim ad *Pequim* declinare incolæ coegerunt, vt Mercatorum commodo & vrbis diuitijs meliùs conſulerent. In orâ

ma-

maritimâ eſt *Scianhai* ſtatio regiarum nauium optimè munita. Omnes prædi-ctæ Prouinciæ meridionales ſunt. Sex aliæ ſeptentrionem ſpectant, & ſunt *Ho-nam*, *Xemſi* muſcum producens: in hac Prouinciâ eſt vrbs *Cancen*, quo appellere ſolent naues alienigenarum ad Sinas cõ-meantium; *Xiamſi*, *Xanton*, cum vrbe nobiliſſimâ; *Peguim* eiuſdem nomis vr-bem habens egregiè munitam, in quam frequenter ſe conferre ſolent Reges; *Leaotum* præ cæteris Tartarorum irru-ptionibus obnoxia, vt poté quæ ſepten-trionalior omnibus exiſtit. Plura alia à nonnullis Scriptoribus congeſta, quæ humanam excedunt fidem, nec affirma-re, nec refellere in animo eſt.

India.

India orientalis ab Indo flumine no-men ſortita, in qua eſt Magni Mogolis Imperium, terminos habet à meridie oceanum indicum; ab ortu eoum; à ſe-ptentrione Taurum montem, quo à Scy-thiâ diuiditur, & ab occaſu Perſas. Eius auſtralis pars, cinnamomum, nardum, piper, & alia aromata gignit. Gemmas & margaritas abundè colligunt incolæ, Diù viuunt, cum fere omnes 120. annum attingant. In venerem ſupra modum procliues, tot ducunt, quot alere poſſunt

vxo-

vxores. Diuiditur India per Gangem fluuium in orientalem, & occidentalem. Orientalis à Regione Sinarum ad inſulas Sundæ producitur: occidentalis à ſinu bengalenſi ad arabicum extenditur oceanum. Ad ſeptentrionalem plagam eſt Magni Mogolis Imperium. Orientalis plura, ſed preſertim quatuor complectitur Regna, quæ ſunt Malacca, *Pegu, Siam, Cochinchina.* Malacca, à quibusdam aurea cherſoneſus, ab alijs *Ophir* Salomonis dicta, optimi fodinis auri diues eſt. Eius metropolim Malaccam olim Luſitani, nunc Bataui obtinent. *Pegu* eſt Malaccæ ad ſeptentrionem. Metropolis eius eiusdem nominis emporium eſt celeberrimum. Huic Regioni conterminæ ſunt aliæ eiusdem appellationis vrbibus claræ, vt *Camboia, Caipumo, Menan, Sangama, Patana.* *Siam* eſt inter Meridiem & ortum *Pegu*: eius Rex opulentiſſimus eſt, & Patanæ Regionem poſſidet. *Cochinchina* ab eius metropoli ſic appellata Sinarum Regi tributum pendit. Occidentalis India complectitur præcipua Regna *Decam, Biſnagar, Malabar,* & Narſingam, quæ ſingulæ vrbes eiusdem nominis habent. *Decam* eſt ad mare arabicum, cuius metropolis eſt *Viſapor* ſedes Regis. Reliqua oppida ſunt *Surath*

Caus,

Caus, *Elſa*, *Dabul*, & *Goa*, quæ Luſitani Proregis ſedes eſt, & claſſium luſitanarum armamentarium, & ſtatio. *Biſnagar* pipere maximè abundat, amethiſtum, & ſaphirum gignit. Reliqua eius præcipua oppida ſunt, *Cananor*, *Mangalor*, *Concan*. *Malabar* eſt ora maritima ad promontorium Comorini vergens, ſaccaro, & aromatibus abundat. Vrbes multæ in ea ſunt diuerſorum Regnorum capita, vt *Calecut* ſedes regis; *Granganor*, vbi S. Thomas Apoſtolus fidem catholicam prædicauit; *Coulan*, *Trauancore* &c. Narſinga ad ſinum bengalenſem iacet, ſaccaro, aromatibus, & ſerico diues eſt. Rex ſedem habet Narſingæ, & inter Indos opulentiſſimus eſt. Reliqua oppida maioris momenti ſunt, *Coromandel*, *Maliapor*, *Ternaßar*, *Cael*; In agro Golcōdæ & Orixæ plurimi colliguntur adamantes. Meridionalem Narſingæ oram alluit oceanus vulgò *Manar* vnionum piſcatione celebris.

Flumina plurima ſunt in Aſiâ, ſed præcipua ſunt Euphrates, Tigris, Indus, Ganges, *Cantam*, *Tartar*, Volga, & Iordanes. Euphrates, vulgò *Frat*, fontes habet in maiori Armeniâ; indè per montem Taurum leuâ Meſopotamiam, dextrâ Syriam & Arabiam alluens, prope Babylonem in duo diuiditur brachia,

quo-

quorũ altero Chaldeæ paludibus ſe immiſcet, altero Tigri iungitur. Tigris, vulgò *Tigil*,ex Armeniâ pariter per Taurum montem defluens Euphrati iunctus in ſinum perſicum ſe euoluit. Indus ex Paropamiſo mõte labens â dexterâ Perſas, â leuâ Indiam habet, pluribuſquè magnis fluminibus, ac preſertim Idaſpe exceptis,in arabicum mare intrat. Ganges è Tauro monte ortus Indiam interfluit, & ſinum bengalenſem petit. *Cantam* gemmis & auro celebris amnis Sinarum agros rigat, & in eoum mare decurrit. *Tartar* Scythiam diſtinguit, & in hyperboreum oceanum defluit. Volga ex Ruſſiâ in caſpium mare ponit. Iordanes Chriſti Domini baptiſmo inſignis ex Carmelo ducens originem Palæſtinam interfluit, & per lacum *Genezareth*, ſeù mare Gallileæ tranſiens, inde in mare mortuum, ſeu lacum aſphaltidem intrat.

CAPVT XXI.
De Inſulis Aſiæ adiacentibus.

PRæter Inſulas in mediterraneo ad Aſiam ſpectantes; de quibus alibi dictum eſt, plurimæ ſunt in oceano, de quibus hîc agendum.

In Sinu Perſico.

Ormus vnionum copioſâ piſcatione, & frequentiſſimo ex omnibus Aſiæ, Aphricæ, ac Europæ partibus Mercatorum concurſu celebris, cuius tantas opes vulgò iactant, vt dicere audeant plures, quòd ſi Mundus annulus eſſet, eius gemma *Ormus* foret.

In Mari Arabico.

Diu ad oram Cambaiæ ponte iungitur continenti, & arce validiſſimâ Luſitanorum munitur.

Maldiuæ ad numerum duodecim millium aſcendunt, & in treſdecim Prouincias diſtributæ ſunt. Eorum Rex *Male* ſedē habet. Incolæ, paruo & quaſi nigro corpore, plurimis obnoxij ſunt corporis ægritudinibus propter ingentem calorem, quo eorum terræ exæſtuant.

Ad Promontorium Comorini.

Ceylam ambitus milliariorum circiter 800. aromatibus, gemmis, & vnionibus locuples. Incolæ nigri ſunt, & diuerſis religionibus addicti. Vrbs primaria eſt *Candea* ſedes Regis. Luſitani vrbem *Colombo*, & alias in orâ maritimâ occupauêre. Reliqua loca ſunt præcipua, *Colonuchi, Triquinamala, Laula, Batecale*, & *Galla*.

Ad

Ad Fretum Sundicum.

Inſulæ Sundicæ, ſcilicèt Sumatrâ, Iaua, & Borneus. Hæc poſtrema omnium maxima eſt, vrbem habens metropolim eiusdem nominis in palude ſitam. In Iauâ metropolis eſt *Bantam* totius Indiæ emporium. In Sumatrâ eſt *Achem* vrbs ſatis ampla, & ditiſſima. Ex his inſulis aromata plurima in Europam Bataui, & Luſitani conuehunt.

In Oceano Eoo.

Celebes, *Gilolo*, & *Ambon*, quârum incolæ antropophagi ſunt, & omnes idolorum cultores.

Moluccæ ſunt *Gilolo* ad ſeptẽtrionem, quarum inſigniores ſunt quinque, ſcilicet *Ternate*, *Tidor*, *Motir*, *Bachian*, *Machian*, aromatibus abundantes.

In Archipelago S. Lazari.

Philippinæ ad vndecim millia, aromata, & gemmas multas producunt. Maximè inſignes ſunt *Lucon*, & *Mindanao*. In primâ duas munitiſſimas Hiſpani vrbes condiderunt, nempe *Luzon*, & *Maniglia*. In ſecundâ celebres ſunt *Cailon*, & *Zubut*, vbi occubuit Ferdinandus Magaglianes.

In Oceano Sinenſi.

Iaponia, cui aliæ minores adiacent inſulæ paruis inuicem fretis & euripis ſeiunctæ, quarum inſigniores ſunt *Ximo*, & *Xico*; Incolæ acerrimi ſunt idolorùm cultores, bellatores egregij, laboris & ærumnarum patientes, in venerem adeò procliues, vt vnus plures ſibi matrimonio fœminas iungat. Ager ferax eſt, & gemmas gignit. In Iaponia vrbes præcipuæ ſunt *Meaco*, *Amangucci*, *Vari*. In *Ximo* ſunt *Bungo*, *Nangaſachi*, & *Fingben*. In *Xico* eſt *Torbu*.

Ad oras Sinarum ſunt, *Macao* Luſitanorum inſigne propugnaculum, prope quam vrbem eſt inſula Sanciani obitu D. Franciſci Xauerij clara, qui admirabili prorſus animarum ſalutis zelo primus illis terris catholicæ fidei lumen inuexit, & innumeros Chriſto peperit filios, tot tantaſque paſſus ærumnas, vt mortalis homo tàm barbaras & incultas terras vtrùm ſit admirabilius quod luſtralibus vndis abluerit, an quod tantum opus animo concipere auſus fuerit, incertum ſit.

CAPVT XXII.

De Aphrica.

APhrica eſt veluti magna peninſula, quæ habet ab ortu mare rubrum, & in-

& indicum; à meridie æthyopicum; ab occaſu athlãticum; à ſeptentrione mediterraneum; & iſthmo 80. circiter milliariorum Aſiæ iungitur. Potior ipſius pars ſub zonâ torridâ eſt, tantoque præmitur æſtu, vt licèt ſit dimidio maior Europâ, tamen eius incolarum dimidiam partem minimè adæquet. Feras, & monſtra omnis generis gignit. Sterile ac nudum ſolum altiſſimo ſabulo obrutum pluribus apparet in locis; qua tamen Europam ſpectat, adeò ferax eſt, vt alijs Regionibus frumentum abundè ſuppeditet. Incolæ non admodùm apti bello, fidei ſemper ancipitis, & mercede venales ſunt. Religio multiplex eſt, alibi iudæi, alibi mahumetani, alibi idolornm ſunt cultores. Luſitani aliqua ſuam in poteſtatem loca redacta Epiſcopis ſubiecêre, qui chriſtiana populos religione imbuerunt, vt ſunt *Ceuta*, & *Tanger*, in Barbariâ; vrbs S. Saluatoris in Congo; *Angra* in Inſulâ *Terzera*; *Funchal* in inſulâ *Madera*; *S. Iago* in primariâ ex inſulis capitis viridis; & vrbs S. Thomæ in inſulâ eiuſde nominis. Aphrica vniuerſa tres diuidi poteſt in partes, ſi continentem ſpectemus, ſcilicet in Regionem alborum, Regionem nigrorum, & Æthyopiam. Regio alborum complectitur Barbariam, Ægyptum, Numidiam vul-

gò *Biledulgerid*, & Lybiam vulgò *Sarra*. Regio nigrorum complectitur Nigritiam, Nubiam, & Guineam. Æthyopia complectitur Abyſſiniam, Congum, Cafrariam, & *Zanzibar*.

Barbaria.

Barbaria ab Ægypto ad athlanticum mare totam mediterranei oram occupat. Feraciſſimum ſolum eſt; hircoſque miræ magnitudinis, & equos velociſſimos gignit. Complectitur Regna *Fez*, *Marrocco*, *Algieri*, *Tuniſi*, *Tripoli*.

In Regno Feſſano ſunt *Fez*, metropolis ſupra centum millia ædificiorium complectens, arce validâ munitur, & vrbium Aphricanarum nitidiſſima eſt. Reliqua loca ſunt *Almanzor*, *Loriza*, *Eliman*, *Camis*, *Tanger*, *Ceuta*, *Tremiſen* Regno cuidam nomen tribuens, in quo eſt *Calan*.

Marroccus, frumento, vino, oleo, ſaccaro, & alijs frugibus abũdat. Optimæ ibi lanæ camelotis texendis colligũtur. Metropolis eſt Marroccus olim vrbs opulentiſſima, nunc frequentibus bellorum anguſtijs ad humiliorem redacta fortunam. Reliqua oppida præcipua ſunt *Azamor* arx validiſſima, *Tedneſt*, *Elmedina*, *Amfa*, & *Mazagan*, quæ Luſitanis eſt ſubiecta, qui non rarò finitimos agros ſubitis incurſionibus fatigãt.

Alge-

Algerianum Regnum ab Algerio eius metropoli ſic dicitur, quæ opulentiſſima vrbs eſt totius oræ barbaricæ, propter quæſtuoſiſſimam piraticam, quam exercet hæc Reſpublica tùm in mediterraneo, cùm in oceano. Reliqua oppida ſunt *Muſtagran*, *Zerzeli*, *Oremi*.

Tunetanum Regnum veteri Carthagine clarum eſt, cuius ruinis creuit Tunetum *Tuniſi*, vrbs valdè opulenta, & munita, in cuius portus aditu arcem egregiam Carolus V. Imperator ædificauit, quæ nunc funditus euerſa iacet, vulgò *Goletta*. Reliqua oppida ſunt *Cayroan*, *Gigeri*, *Biſerta*, *Bona* Diuo Auguſtino Epiſcopo inſignis, *Bogìa*, *Conſtantina*, & Vtica morte Catonis celebrata.

Tripolis vrbs eſt ſatis munita Regno nomen tribuens, prope quam in paruâ inſulâ arcem *Zerbi* figuræ pentagonæ quondam erexerunt Hiſpani.

Barca Regio ſterilis eſt Ægypto contermina, in qua nihil eſt memoria dignum, præter Caruennam vrbem.

Portus in orâ barbaricâ præcipui ſunt, *Saphi*, *Azamor*, *Sale*, *Mahamore*, *Arzile*, & *Tanger* ad oceanum. Ad mediterraneum ſunt *Ceuta*, *Velez*, *Mililla*, *Marſarquiuir*, *Algieri*, *Biſerta*, *Tuniſi*, *Tripoli*, *Corena*, *Alberton*.

inter Nilum fluuium & Arabiæ deſerta. Eius vrbes ſunt Cairus olim Regum ſedes, cuius tanta eſt magnitudo, vt ſeptem hominum milliones complecti dicatur, inter quos ſexcenta millia Iudæi ſunt. Mœnibus munita non eſt, arcem tamen validiſſimam habet; *Sabid* olim Thebæ, à quâ nomen Thebaiſ ſortita eſt Heremitarum quondam celebris receſſus; *Bubaſte*; *Buſiris*; *&* *Sues* in orâ maris rubri, Turcarum nauium ſtatio. Occidentalis Ægyptus dicitur pars illa, quæ à Nilo ad Cireniacam protenditur, vbi ſunt vrbes *Siene*, *Cinopoli*, *Oziri*, *Dioſpoli*, *&* *Tentira*. Inferior Ægyptus eſt pars à Nilo ad mediterraneum vergens. Eius vrbes præcipuæ ſunt *Damiata* ſeù Peluſium, portus ſatis commodus Ptolomæi Geographi Patria; *Roſetta* portus; Alexandria duplici gaudens portu *Kambellei*, & *Machele*. Superior Ægyptus eſt inter mare rubrum, & Abiſſinios. Eius præcipuæ vrbes ſunt *Grõdol*, *Suagen*, *Alcozer* portus, & *Azirut*.

Numidia, & *Lybia*.

Numidia ſeù, *Biledulgerid*, habet ab ortu Ægyptum, à ſeptentrione Barbariam, ab occaſu mare athlanticum, & à meridie deſertum *Sarra*. Eius vrbes ſunt *Suſa*, *Taſilet*, *Tarudante*, *Cartgueßem*,

Nubia terminos habet, ab ortu & meridie Abiſſiniam; ab occaſu Nigritiam, & à ſeptentrione Ægyptum & Sarram. Ager aurum, ebur, hebenum, & antimonium venenum acerrimum gignit. Incolæ ferè omnes Iacobitarum hæreſi ſunt imbuti, baptiſmumque ignito ferro in modum crucis fronti applicato ſuſcipiunt. Regius exercitus equitatu maximè conſtat, quo ferè aſſiduè vtitur ad cohibendas Ægyptiorum, & Abiſſinorum incurſiones. Vrbes alicuius momenti ſunt *Nubia*, & *Dancala*. Reliqua oppida paſtorum potius tuguria dicere poſſes.

Guinea à ſeptentrione & ortu Nigritiam; à meridie, & occaſu æthyopicum habet oceanum. Ijs exæſtuat caloribus, vt niſi frequentibus pluuijs & nocturno rore, qui plurimus decidit, eorum lenirentur ardores, hæc Regio prorſus inhabitabilis eſſet. Auro eboreque abundat Regio. Incolæ fidei ſeruandæ prorſus ignari, idola colunt, & furtis ac rapinis maximè delectantur. Vrbs præcipua eſt *Benin*, in qua ſui Regem adorant. Vrbs S. Georgij, vulgò *S. Giorgio dell'a mina*, & arx naſſauia Batauos audiunt. *Serra Liona*, *Azien*, & *Cama*, Luſitanorum ſunt, qui hæc oppida maritimis in oris condiderunt, vt commercio ſibi adi-

tũ apud eas gẽtes aperirent. In orâ *Malleguetta* naſcitur optimi generis piper.

Æthyopia.

Abiſſinia Regnum eſt magni *Negus*, ſeu *Belulgiani*, quem vulgò *Prete Ianni* dicunt. Regnauit hîc Regina Saba tempore Salomonis. Latitudo huius Regni eſt ab æquatore ad Nili cataractas graduum 23. ab æquatore verò ad Lunæ montes graduum 13. Terminatur à ſeptentrione Nubiâ; ab occaſu Nigritiâ; à meridie Monomotapâ; & ab ortu *Zanzibar*, & mari rubro. Catholicam olim religionem colebant, & à romano ritu etiamnùm parùm abhorrent, plurimaque apud eos Templa ſpectantur; nunc tamen ſchiſmatici ſunt. Auri argentique fodinas adeò copioſas habent, vt omnes terrarum orbis Principes ipſorum Rex opibus ſuperare credatur. Metropolis Regni eſt *Dambea* ſedes Regis, qui quondam intentorijs, modò huc modò illuc, habitare ſolebat. Reliqua oppida plurima ſunt, ſed ſingula vix mille conſtant ædificijs, paleâ, & bitumine conſtructis. Vrbes præcipuæ, totidem Regnorum capita, ſunt *Narea*, *Caſates*, *Goyame* ad Nili fontes, *Damout*, *Adhegena* caput Regni *Bagamidri*; *Caxumo*

me-

metropolis Regni *Tigremahon*; *Baroua* Reginæ Candacis ſedes & caput Regni *Barnagaſſo* ad Turcarum Imperatorem ex parte ſpectantis, cuius Præfectus in vrbe *Suaquem* degit; *Canſila*, *Marzuan*, & *Amara*, in cuius arce liberi Regis educantur.

Congi Regnum terminatur, à ſeptentrione Nigritiâ; ab ortu Abiſſiniâ; à meridie Monomotapâ,& Cafrariâ;& ab occaſu oceano æthyopico. Cæli ſalubris eſt temperies. Ager plurimis amnibus irriguus fruges copioſas gignit. Incolæ tamen craſſâ prædıti mineruâ Regionis commodis frui vix norunt. Metropolis eſt *S. Saluadore*, qua Luſitani potiti ſunt, centum millia oppidanorum alens. Reliqua oppida ſunt, *Cacongo*, *Dongo*, *Malemba*, *Banzaloangha*, *Angola*, & *Mazzagan*, quæ duo poſtrema Luſitanos audiunt, quorum opera ferè totum Regnum catholicâ fide imbutum eſt.

Cafraria eſt meridionalis ora maritima Aphricæ Regi Monomotapæ ex magnâ parte ſubiecta. Eſt in ipſâ promontorium bonæ ſpei,quo ſuperato Vaſquez Gama Luſitanus ſpem concepit Indos adeundi. Regio aſperis montibus plena eſt. Auri optimi fodinas habet, cuius Luſitani magnam vim inde aſportant, eoſque populos in officio continent ar-

cibus *Zofala*, & *Tete*.

Monomotapa ferè tota Cafris circundatur: tantum gignit aurum, vt eius Rex auri Princeps nuncupetur. Metropolis eſt *Zimbáoe* ſedes Regis, cuius ſatellitium conſtat ducentis magnis canibus, & agmine fœminarum, quæ haſtarum ac ſagittarum vſu viris præſtant. Religionem ferè omnes incolæ catholicam colunt. Reliqua oppida ſunt *Danagut*, *Beleguras*, *Guarma*, *Cumiſſa*, *Hale*, *Milengana*.

Zanzibar à Monomotapâ ad promontorium *Guardafu* protenditur. Metropolis eius eſt *Mozambico* emporium celeberrimum ad Luſitanos ſpectans, qui Melindam, Quiloam, & alia quoque oppida ibi poſſident. Reliqua ſunt *Monbazo*, *Cefalà*, *Monoemugo*. Aiana Regio eſt huic contermina, & ſunt in ipſa *Magadoxo*, *Barraboa*, *Braua*, *Barbara*, *Zeila*, *Arat* caput Regni *Adel*, cuius Reges ſunt Chriſtianis maximè infenſi.

Flumina præcipua in Aphricâ ſunt Nilus, & Niger. Nilus ex Lunæ montibus ortus magnum Zambræ lacum, & Abiſſiniam interfluit. Inter Æthyopiam, & Ægyptum in arctas fauces coit, quæ cataractæ dicuntur. Eius aquæ, cæteris decreſcentibus riuis, adeò intumeſcunt, vt ſexdecim cubitorum altitudinem æquent, & Ægypto fertilitatem

por-

portendant, ac pariant; ſi enim parua fuerit inundatio, futuræ inopiæ manifeſtiſſimum eſt argumentum. Huius intumeſcentiæ cauſas alij alias dixère; ſed ſatis conſtat eſſe ingentes pluuias, quæ in Æthyopiâ decidunt. Septenis poſtremò oſtijs in mediterraneum ſe euoluit. Niger amnis eaſdem, quas Nilus proprietates habet, quare putant quidam eſſe flumen ex Nilo ducens originem. Subterraneos alicubi ſpecus intrans, iterumque erumpens, tribus magnis oſtijs, ſcilicèt *Riogrande*, *Gambra*, & *Senega*, in athlanticum oceanum defluit. Crocodilos, & ſerpentes plurimos vterque amnis nutrit. Montes altiſſimi in Apricâ ſunt Athlas, & Lunæ iugum. Athlas eſt Barbariæ ad meridiem, & ex oceano athlantico in fines Ægypti protenditur; eius meridionalem partem vulgò *Monte Chiaro* nunc appellant. Lunæ montes ſunt ad meridiem Abiſſiniæ prope Monomotapam.

CAPVT XXIII.

De Inſulis Aphricæ adiacentibus.

In Oceano Athlantico.

AZorum, vulgò dictæ *Terzere* à præcipuâ ipſarum, in qua eſt *Angro* ſedes

ſedes Gubernatoris Luſitanorũ, in quorum poteſtate ſunt hæ nouem Inſulæ.

Fortunatæ ſeptem, nunc ab ipſarum primâ Canariæ dictæ. Reliquæ ſex ſunt *Palma*, *Lancerota*, *Forteuentura*, *Gomera*, *Ferro*, & *Teneriffe*, in qua mons eſt, qui omnium totius orbis editiſſimus creditur. Non longè ſunt Inſulæ *Madera* & *Porto Santo*.

Heſperides, nunc *di Capo verde*, quarum præcipua eſt S. Iacobi, cum vrbe eiuſdem nominis. Reliquæ nouem parum cultæ ſunt, propter Cæli inclementiam, qua valde laborant.

In Oceano Æthyopico.

Inſulæ S. Mathæi, S. Thomæ, S. Crucis, S. Pauli, & S. Helenæ, quæ licèt incolarum expers ſit, tamen ex orientali reuertentibus Indiâ, non ingratum præbet ſolatium, cum multis abundet fructibus, plurimoſque syluestres hircos alat.

In Oceano Orientali.

Inſula S. Laurentij, vulgò *Madagaſcar*, ſub tropico capricorni ſita, omnibus abundat frugibus, & aromata gignit, non tamen eius bonitatis, qua prædita ſunt indica. Incolarum quidam albi, quidam nigri ſunt coloris; omnes idola

colunt

colunt & barbarâ feritate ſæuiunt.

Zocotora eſt non longe à faucibus rubri maris ad promõtorium *Guardafu*. Aloes, gummi, & aliæ parui momenti merces inde aſportantur.

In Mari Rubro.

Babelmandel ambitus ſex circiter milliariorum.

In Mediterraneo.

Melita Ieroſolymitanorm Equitum ſedes, & Chriſtiani Imperij contra Turcas inſigne propugnaculum. Metropolis eius eſt vrbs *Valetta*, præ cæteris totius orbis terrarum munitiſſima.

CAPVT XXIV.
De America.

AMerica, ab Americo Veſpuccio Florentino, qui eam detexit anno 1498. ſic appellata, ſex ante annos à Chriſtophoro Columbo Ligure inueniri cæpta fuerat; hic enim Hiſpaniolam, Cubam, Iamaicam, & alias Americæ adiacentes inſulas adierat. Nouus Orbis dici etiam ſolet, propter ingentem ipſius magnitudinem, qua Europam, Aphricamque ſimul ſuperat. Terminatur, ab ortu oceano athlantico; à meri-

die

die freto magellanico; ab occaſu mari pacifico. Septẽtrionalis terminus eſt adhuc incognitus, impediente glacie ne vlterius adiri poſſit. Cæli temperies ferè vbique ſalubris eſt. Solum mirè ferax, omniſque generis ſegetes, ac fructus gignit. Auri argentique fodinæ non alibi plures, nec ditiores. Maxima terrarum huiuſmodi pars hiſpanicæ ditionis eſt, quatuor Archiepiſcopos, & triginta circiter Epiſcopos numerans.

Diuiditur America in ſeptentrionalem, quæ Mexicana, & meridionalem, quæ Peruuiana nuncupatur. In ſeptentrionali continentur Noua Francia ſeù *Canada*, Virginia, Florida, Mexicus noua, Mexicus vetus ſeù noua Hiſpania. In meridionali ſunt Caſtella aurea, Guiana, Peruuia, Chili, Magellanica, Tucumania, *Paraguay*, & Braſilia.

Noua Francia vulgò *Canada*, à maximo flumine huius nominis appellatur. Continet in ſe Prouincias, Nouam Britanniam, *Saguenay*, *Accadiam*, Hurones, Iroquenſes, Nouam Angliam, & Nouam Hollandiam. Vrbes in his requirere vanum eſſet, cum incolæ, ritu ferarum viuentes, tuguriola & cauernas colant. *Quebec* eſt vicus in hac Regione celebris. In *Accadia* eſt *Heue* Oppidum non ſpernendum, & *Porta reale*.

Ame-

americanorum portuum non vltimus. Hurones & Iroquenſes antropophagi ſunt, & ſudibus ædes ſuas & oppida ædificant, & muniunt. Noua Anglia eſt ad meridionalem plagam cum Nouâ Hollandiâ, in qua ſunt arces *Plymouth*, & *Oranges*.

Virginia nomen hoc ab Inuentore Anglo ſortita eſt. Oppidum habet præcipuum *Pomeiok*, cui ſecundum eſt *Iameſtoune*. Reliqua oppida, ferè omnia ad Anglos ſpectantia, viginti ædificia vix ſingula complectuntur.

Florida ſic à Pontio de Leone dicta, quia eam detexit die Dominica Palmarum, quam florum feſtiuitatem Hiſpani appellant, plurima continet Regna, quia cuique intra ſuam Patriam Regni fines coarctantur. Optima Cæli temperies eſt: ager amœnus æquè ac ferax. Incolæ, licèt rudes ac barbari, eâ tamen ingenij ſagacitate pollent, vt exteras gentes hactenùs à ſuorũ ingreſſu finium prohibuerint, & vix poſt innumeras clades potuerint Hiſpani in orâ maritimâ condere vrbes Sancti Auguſtini, & S. Matthiæ.

Mexicus noua habet, à meridie Nouam Hiſpaniam; & ab ortu Floridam; à ſeptentrione & occaſu terras adhuc incognitas. Complectitur Californiam,

Qui-

Quiuiram, Cibolam, & Anianum, à quo nomen deſumit fretum Americam ab Aſiâ diuidens. Incolæ præter boues nihil ferè pretioſum vel vtile habent. In ſummis montibus aliqui, ſed ſatis rari exiſtunt vici, quos ſudibus ac bitumine conſtruunt.

Noua Hiſpania, ſeu Mexicus vetus, eſt ad meridiem nouæ, inter maria *Noord*, & *Zur*, apud iſthmum Panamæ in vltimâ ſeptentrionalis Americæ parte. Mira Cæli temperies eſt, & ſolum adeò ferax, vt omnis generis fruges producat. Argenti fodinæ nullibi vel meliores ſunt vel vberiores: aurum etiam alicubi gignitur. Varias Regiunculas continet hæc Prouincia, quarum præcipuæ ſunt Noua Gallecia, *Guadalaiara*, *Noua Biſcaia*, *Mechoacan*, *Panuco*, *Iucatan*, *Guatimala*, *Honduras*, *Nicaregua*, *Coſtarica*, & *Veragua*. In Nouâ Gallæciâ eſt Compoſtella; in *Guadalaiara* eſt vrbs eiuſdem nominis; in *Noua Biſcaia* eſt oppidum S. Barbaræ, in cuius agro plures ſunt argenti fodinæ; in *Mechoacan*, eſt *Vagliadolid*; in *Panuco* ad ſinum Nouæ Hipaniæ eſt *San Stefan del puerto*; in *Iucatan* eſt *Merida* & *Tabaſco* ſeù *Nueſtra Sennora de la vittoria*; hîc, ãte Hiſpanorũ aduentum, gentes baptiſmi & aliquorum Fidei myſteriorum notitiam habuiſſe

me;

memorant incolæ, dicentes à maioribus ſibi traditum, homines ex oriente oceanum ſicco veſtigio traieciſſe, qui Dei maximi ope illuc appulſi, Crucis Dominicæ cultum eos edocuerint. In *Guatimala* eſt oppidum *S. Iego*, cuius ager balſamum gignit; in *Honduras* eſt *Comeygua*; in *Nicaregua* eſt *Leon* ad ripas lacus magni, quem alia plura circumſiſtunt oppida. Eius ager feraciſſimus eſt, auroque abundat; in *Coſtarica* eſt *Cartagena*; in *Veragua* eſt vrbs Conceptionis. Totius tamẽ Prouinciæ, imò totius Americæ primaria vrbs eſt Mexicus, arce probè munita inter duos lacus exiſtens, ſedes Proregis, Archiepiſcopo inſignis, cuius decem ſunt Suffraganei. Præcipui huius prouinciæ portus ſunt *Vera Cruz*, *Acapulco*, & *Natiuidad*: hi duo poſtremi naues ferè omnes ex mari pacifico *del Zur* tutò excipiunt: portus autem *Vera Cruz* nauigantibus ex mari *del Nort* ſtationem fidam & percommodam præbet.

Meridionalis Americæ prima Prouincia eſt Caſtella aurea, vulgò *Caſtiglia dell' oro*, ab ingenti auri, quod hîc colligitur, copiâ ſic appellata. Poſſident hîc Hiſpani has Prouincias, nempe *Terra ferma, Cartagena, S. Marta, Rio de la Hacha, Papaien, Nuoua Granata, Venezuela*,

& No-

& Noua Andaluſia. *Terra firma* dici-tur iſthmus vtramque Americam com-mittens. Eſt in eâ vrbs *Panama*, ad cuius portum ex Peruuiâ per oceanum pacifi-cum omnes appellunt merces, quæ indè delatæ ad oppidum vulgò *Puerto belo*, hinc in Hiſpaniam conuehuntur. Pana-mam deſerere non ſemel cenſuerunt op-pidani, diſceſſum ſuadente peſſima Cæli temperie; ſed eximia mercaturæ com-moda rem infectã reddidêre. Mercium ſecuritati vt conſulerent, dum Panama ad portum prædictum deportantur, plu-res munitiones inter vtrumque oppi-dum extruxêre. *Puerto belo* creuit ad in-gentes opes, poſtquam Hiſpani portum *Nombre de Dios* deſeruerunt. *Cartagena* vrbem habet eiuſdem nominis, cum portu percommodo, quo ſe conferunt non raro naues ex Hiſpania venientes. Solebant olim incolæ huius Regionis cadauera ſuorum auro gemmiſque onu-ſta tumulare, quod Hiſpanis occaſio fuit omnes aperiendi tumulos, vt auaritiæ abundatiùs indulgerent. Prouinciæ S. Marthæ vrbs eiuſdem nominis caput eſt, cuius agrum feracem occupant edi-tiſſimi colles, vulgò *Andes*, in quibus cre-duntur eſſe diuites auri fodinæ, ſed inco-larum numerus perexiguus nondùm rem explorari paſſus eſt. *Rio de la Haca* me-

tropolim habet vrbem *Nueſtra Sennora de la Nieuas*, olim *de los Remedios*. *Popaien* vrbs Prouinciæ nomen tribuit, quæ auro diues eſt; ſed incolas adhuc aliquos antropophagos habet. Noua Granata metropolim habet vrbem *Santa Fè de Bogota*, ſedem archiepiſcopalem. *Venezuela* Regio eſt omnibus ad vitam neceſſarijs adeò abundans, vt horreum finitimarum Prouinciarum meritò nuncupetur. Eius præcipuum oppidum eſt *Coro*. Noua Andaluſia metropolim habet *Cordoua nueua*, eo ſitam loco, vbi copioſiſſimæ ſunt ſalinæ. Ora maritima *la Coſta de las perlas* à margaritarum piſcatione dicitur.

Guiana, flumen Amazonum vulgò *Oregliana* ab ortu & meridie habens, terminatur ab occaſu amne *Paria*, & à ſeptentrione oceano athlantico. Mediam occupat lacus maximus, vulgò *Parime*, ſub lineâ æquinoctiali ſitus. Europæi maritimam occuparunt oram, præſertim ad Amazonum flumen; ſed interiora Regni ſæpiùs irrito conatu aggreſſi ſunt, non tantùm virtute incolarum, ſed etiam locorum naturâ ipſos ab ingreſſu prohibente. Vrbs præcipua eſt *Manoa* ad lacum Parimam. Oram maritimam incolunt Caribani, qui antropophagi ſunt omnibus crudeliores.

Peru-

Peruuia terminos habet, ab ortu terras nondùm ſatis cognitas; à meridie Regnum *Chili*; ab occaſu oceanum pacificum; & à ſeptentrione aureæ Caſtellæ partem. Vniuerſum Regnum in quatuor diuiditur Prouincias, quæ ſunt *Quito, los Reyes, los Charcas, & la Sierra.* Nulla Regio eſt in toto terrarum orbe, cui vel plures vel ditiores auri & argenti fodinas natura tribuerit. Metropolis Peruuiæ eſt *Lima*, Hiſpani Proregis ſedes; vnde quotannis, Februario menſe, naues ad portum *Arica* deducuntur, vt aurum argentumque *Potoſi* aliarumque finitimarum vribium hûc conuehere ſatagant; quod poſteà Maio menſe ineunte ex portu *Callao* Panamam deferunt. Reliqua oppida magni momēti ſunt *Cuſco, Plata, Potoſi*, vbi mons eſt argenteus pyramidis formam præſeferens altitudinis quatuor circiter milliariorum; *Arequipa, Sierra, Truxillo, Guamanga, Quito, Beranca, las Pas, S. Iuan de ſalinas, Baeza, Zumacha*, & *Arica* optimè munita.

Chili Regnum auri copiam ingentem gignit, ſed eius incolarum virtute Hiſpanis obſiſtente, tantis potiri diuitijs noſtri nondùm potuerunt. Tam acri Regio frigore vrgetur, vt interdiù tantùm decurrant flumina, noctu in glaciem formata conſiſtant, cum nihilominus

ignem

ignem plures euomant montes. Miles nec armorum genere, nec bellandi peritiâ Europæis concedit, adeò vt ſæpiùs cum Hiſpanis æquo marte contenderit, aliquando etiam ingentes intulerit clades. Metropolis Regni eſt vrbs Conceptionis, ſedes Gubernatoris Hiſpani: cuius portus *Penco*, dicitur. Reliqua oppida ſunt *S. Iago*, cuius portus eſt *Valparaiſo*, & *l' Imperial*.

Magellanica Regio eſt poſtrema pars meridionalis Americæ, iuxta quam, inter fretum magellanicum & fretum *le Maire*, eſt tellus, vulgò *Terra del fuego*. Interior Regionis pars dicitur *Chika*. Incolæ in cauernis degunt, Diabolum pro Deo colunt, & maximis frigoribus anguntur. In orâ maritimâ condiderant Hiſpani vrbem *Ciuidad del Rey Felippe*, ſed eam deſerere fames, & alia Regionis incõmoda cöegerunt. Patagones hîc immenſæ ſtaturæ nonnulli viuere ſcripſerunt; ſed hoc fabuloſum ab ijs, qui illûc appulêre, compertum eſt.

Tucuman Prouincia inter Peruuiam, *Chili*, Magellanicam, & Platam, ſita eſt: pecore potiùs quàm auro abundat. Incolæ pacis quàm belli ſtudioſiores ſunt. Hiſpani hac in Regione poſſident *S. Iago del' Eſtero* ſedem Gubernatoris, & *Cordoua*.

Plata

Plata Regio eſt amne eiuſdem nominis interfluente ſatis ferax; ſaccarum, cuprum,ferrum,aurum,& argentum producit. Metropolis eſt vrbs Aſſumptionis, ſedes Hiſpani Gubernatoris, optimis munitionibus firmata. Reliqua oppida ſunt *Ciudad real d'Ontiueros* in *Guayra*; *S. Fede* in *Paraguay*; *Parana*; *Benoſaires*.

Braſilia à linea æquinoctiali ad tropicum capricorni protenſa mari *del Nort* alluitur. Cæli temperies mirè ſalubris; ſoli feracitas eximia,adeò vt homines ad 150. annum vitam protrahant; nudo corpore plerique incedunt, & qui interiora Regionis incolunt, humanis veſci carnibus non abhorrent. Luſitanis maxima pars ſubiecta eſt; reliquum Batauos audit. Metropolis eſt vrbs S. Saluadoris; reliqua oppida ſunt *Paraiba*, *Tamaraca*, *Olinde*, *los Ilheos*, *Porto ſeguro*, *Spirito Santo*, *S. Sebaſtiano*, *Santos*. Arces præcipuæ ſunt *Para* ad flumen Amazonum; S. Antonij, & S. Catharinæ propè Tamaracam; S. Georgij ad promontorum S. Auguſtini; & arx S. Vincetij in inſulâ eiuſdem nominis.

CAPVT XXV.

De Inſulis adiacentibus Americæ.

In Oceano Septentrionali.

E*Stotiland* eſt Friſlandiæ ad occaſũ, ab Antonio Zeno Veneto detecta an-

no

no 1390. aurum, & alia metalla gignit. Incolæ ferino corio pro veſtibus vtūtur.

Terra noua, Inſula Demonis, *Fagunda*, *Barmuda*, & aliæ nullius momenti ſunt iuxta nouam Franciam.

Inſula Sancti Saluatoris, & Lucaiæ 400. nomen ducentes à *Lucaia* ipſarum primâ, ſunt ad oram Floridæ, auibus ac præſertim columbis abundant.

In Oceano Occidentali.

Inſulæ *Barlo venti*, ſeu Canibolares, ſunt ad ortum ſinus mexicani, quarum præcipuæ ſunt Hiſpaniola, Cuba & Iamaica, à Chriſtophoro Colūbo primùm detectæ. Segetes,& fructus abundè producunt, ſaccaro, cinnamomo, maſtice, & aloe abundant. Hiſpaniolæ ambitus eſt milliariorum circiter 400., & vrbes habet *S. Domingo* ſedem Archiepiſcopalem, *S. Giouanni*, *Porto Regio*, & *Xaragua*: *Cuba* vrbes habet *S. Giacomo*, & *Hauana* portum: Iamaica complectitur oppida *Oriſtan*, & *Siuillia*.

Aliæ vel omninò deſertæ, vel nullius penè momenti ſunt,tàm in hoc, quàm in oceano pacifico,de quibus propterea lōgiorem inſtituere ſermonem nolumus.

Introductionis ad Spheram finis.

IN

IN TERTIVM

Ariſtotelis Librum de Cælo

DISPVTATIO VNICA

De Elementis.

IN hoc libro [quibuſdam delibatis de generatione & corruptione rerum naturalium, ac de eius cauſis in compoſitis, quæ nos tractanda in libris de ortu, & interitu reſeruamus] ad agendum de elementorum tranſmutatione procedit Philoſophus, à cuius veſtigijs ne recedamus, eadem hîc examinare aggredimur.

QVÆSTIO I.

Quot ſint Elementa.

ELementum latiſſimè acceptum, idem ſignificat ac alicuius rei principium, in quo ſenſu non ſemel Ariſtoteles Cælum vocat elementum mundi, litteraſque dicimus elementa syllabarum. Propriè verò acceptum definitur hîc à Philoſopho tex. 31. *Elementum eſt illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt pontetia aut actu, ipſum autem eſt indiuiſibile in diuerſa ſpecie.* Quæ definitio vt clariùs intelligatur, ſupponendum eſt dari corpora mixta, vt ſunt cor-

corpora animalium, plantarum, lapidum &c. ac proinde dari etiam corpora, ex quibus conſtituuntur mixta: ſicuti qui ſupponit dari syllabas mixtas ex litteris, debet etiam ſupponere dari litteras, ex quibus miſcentur; quare ſicuti litteræ dicuntur ea, in quæ reſoluuntur syllabæ, ipſæ autem litteræ non ſunt diuiſibiles in alias syllabas ſpecie diuerſas; ita elementa corporum naturalium illa ſunt, in quæ reſoluũtur corpora, quando corrumpuntur, ipſa autem elementa non ſunt diuiſibilia in alia corpora ſpecie diuerſa, hoc eſt ſi diuidantur: v. g. ſi diuidatur aqua in plures partes, quia eſt homogenea, ſingulæ partes retinẽt rationem elementi aquæ, nec ſubeũt rationem corporis diuerſi ſpecie, vt ſubeunt mixta; ſi enim reſoluatur corpus humanum, aut aliud mixtum, reſoluitur in terram, aquam, aerem, & ignem, quæ ſunt ab ipſo mixto ſpecie diuerſa. Ex dictis conficitur ratio ſic probans efficaciter aliqua dari elementa. Experientiâ conſtat dari mixtum; ergò dantur elemẽta. De illorum numero variæ ſunt ſententiæ, quibus breuitatis gratiâ omiſſis

Dico. Quatuot ſunt elementa; ſcilicet terra, aqua, aer, & ignis.

Prob. Tot ſunt elementa, quot ſunt ſimplicia corpora, ex quibus conſtituuntur.

tur, & in quæ reſoluuntur mixta: ſed hæc ſunt quatuor; ergò quatuor ſunt elementa. Minor probatur: quia tot ſunt ſimplicia corpora, ex quibus conſtituuntur, & in quæ reſoluuntur mixta, quot ſunt radices quatuor primarum qualitatum vniuerſalium in omnibus mixtis fuſarum; ſed hæ radices ſunt quatuor; ergò &c. Maior eſt certa: non enim aliunde proueniunt in mixtis illæ qualitates, niſi ab illis corporibus, ex quibus miſcentur. Minor probatur: prima radix caloris eſt ignis ex ſe calidiſſimus, vi cuius mixta participant eſſe calidi; prima radix frigoris eſt aqua frigidiſſima, per cuius participationem mixta ſunt aliqualiter frigida; prima radix humiditatis eſt aer, qui facillimè terminabilis eſt termino alieno, & per cuius participationem mixta ſunt aliqualiter humida; prima radix ſiccitatis eſt terra ſicciſſima; vnde quò magis mixtum terreum eſt, eò magis eſt ſiccum; ergò quatuor ſunt primæ radices primarum qualitatũ vniuerſalium in mixtis diffuſarum; ergò quatuor ſunt corpora ſimplicia, ſeù elementa. Confirmatur: quia corpora ſimplicia, ex quibus mixta conſtituuntur, debent eſſe maxima inter ſublunaria; ſed quatuor tãtùm ſunt corpora maxima inter ſublunaria, ſcilicet terra, aqua, aer, &

ignis

ignis; ergò quatuor tantùm sũt elemẽta.

Ob. Dici poteſt, quòd elementa ſint duo, ſcilicet materia & forma, cum prima ſint ea, ex quibus corpora conſtituuntur. Vel ſaltem numerari poteſt inter elementa Cælum, cum ſit corpus ſimplex; ergò &c.

Reſp. Non miſcentur corpora ex materiâ & formâ, cum etiam corpora non mixta, ſeù ſimplicia, materiam & formam habeant; ideoque ſunt principia corporum, non autem elementa. Idem dicendum eſt de Cælo, quod, licèt ſit corpus ſimplex, non eſt tamen id, ex quo conſtituuntur, & in quod reſoluuntur mixta, quod requiritur ad hoc, vt corpus ſimplex ſit elementum. Rurſùs tot ſunt elementa, quot ſunt poſſibiles combinationes quatuor primarum qualitatum; ſed hæ ſunt tantum quatuor, ſcilicet calidi & ſicci, quod competit igni; calidi & humidi, quod aeri; frigidi & humidi, quod aquæ; frigidi & ſicci, quod terræ conuenit: ſed nulla alia eſt excogitabilis, quæ competat Cælo; ergò Cælum non eſt Elementum.

QVÆSTIO II.
Vtrùm ambæ qualitates in ſingulis elementis ſint ſummæ?

SVppono, igni conuenire calorèm in ſummo, & inſuper ſiccitatem, cum experientiâ conſtet; non modo ſummè calefacere, ſed etiam exſiccare. Aeri conuenire humiditatem in ſummo; quia ſummè humidum eſt, quod non eſt terminabile termino proprio, ſeù propriam & determinatam figuram non habet, ſed eſt ſummè terminabile termino alieno, ideſt facillimè poteſt in omnem conformari figuram: ſed hoc competit aeri, qui propterea ſpirabilis eſt, & facillimè per omnes etiam tenuiſſimas rimas ſe inſinuat, & ſe ſine difficultate conformat cuilibet corpori ipſum permeanti; ergò eſt ſummè humidus. Præter humiditatem conuenit aeri calor; nam qualitas, quæ eſt diſpoſitiua ad aliquod corpus, conuenit illi corpori: ſed calor eſt diſpoſitiuus ad aerē, videmus enim vi caloris diſponi aquam ad mutationem in aerem; ergò calor conuenit aeri; Rursùs ſi aer non eſſet calidus, eſſet humidus & frigidus; ac proinde ignis æquè opponeretur aeri, ac opponitur aquæ quod tamen eſt falſum; ergò &c. Aquæ conuenit

uenit frigus in ſummo; quia per ſe habet omnem expellere & extinguere calorem; ergò per ſe caret omni calore; atque adeò frigidiſſima eſt: humidam verò eſſe innegabile eſt. Terræ conuenit ſiccitas in ſummo; cũ de ſe nullã habeat humiditatem: conuenit etiam ipſi frigiditas, patet enim, quod ſi remoueantur agentia extrinſeca, nullum de ſe calorem habet. Difficultas iam eſt, an ambæ illæ qualitates ſint in elementis in ſummo gradu.

Dico, Non eſt in elementis vtraque qualitas in ſummo; ſed vna in ſummo, altera in remiſſo.

Prob. enumeratione ſingulorum elementorum: Nam terræ competit eſſe minus frigidam; quàm aqua: ſed aqua eſt frigida in ſummo; ergò terra eſt frigida tantùm in remiſſo. Maior patet experientiâ; facilius enim calefit terra, quàm aqua. Rurſùs aquæ competit eſſe minùs humidam quàm aeri, cum aqua non ſit tàm terminabilis termino alieno, ſicuti eſt aer; ſed aer eſt humidus in ſummo; ergò aqua erit humida in remiſſo. Aeri non competit tantus calor, quantus competit igni: ſed igni competit calor in ſummo; ergò aeri competit in remiſſo: ergò &c. quare meritò concludit Ariſt. 2. de Generat. tex. 23. *Vnius*

vnumquodque eſt. Terra enim ſicci magis, quàm frigidi: aqua autem frigidi magis, quàm humidi: aer autem humidi magis quàm calidi: ignis autem calidi magis quàm ſicci.

I. Ob. Aqua magis humectat, quàm aer; ergò eſt aere humidior. Imò videtur aer non eſſe humidus, ſed ſiccus; quia exſiccat.

Reſp. Retorqueo argumentum: Ferrum calidum magis vrit quàm ignis paleæ vel ſtuppæ, & tamen non eſt magis calidus. In forma conceſſo antecedenti, nego conſequentiam: nam actio vehementior non prouenit ſemper à qualitate magis intensâ, ſed ex maiori denſitate corporis, in quo eſt qualitas. Aqua maiorem habet denſitatem quàm aer, ac propterea humiditas aquæ redditur magis ſenſibilis & actiua, quàm humiditas aeris, qui propter raritatem ſuam minùs adhæret corporibus, & faciliùs per quosuis etiam ſubtiliſſimos meatus diffluit. Ad ſecundam obiectionis partem diſtinguo: aer exſiccat ratione ſui & per ſe, nego; ratione caloris, aut ſiccitatis extrinſecæ, & per accidens, concedo. Venti ergò ſiccis exhalationibus abundantes, aut calor Solis adueniens aeri efficiunt, vt vim habeat quandoque exſiccandi, non autem habet hu-

iuſmo-

iuſmodi virtutem ex propriâ naturâ.

II. Ob. Si aqua eſſet per ſe ſummè frigida, eſſet per ſe congelata; ſed hoc eſt falſum; ergò non eſt ſummè frigida.

Reſp. Nego ſequelam maioris; nam congelatio non prouenit ab exceſſu frigoris, ſed (vt in meteoris dicemus) ex admixtione ſpiritus nitroſi cum corpore frigido & humido; experientia enim oſtendit, per talem admixtionem, aquas & alios humores, etiã in ſummis æſtatis caloribus, congelari.

Quæres; An qualitates ſymbolæ in elementis, e. g. calor ignis & calor aeris, humiditas aquæ & humiditas aeris, ſiccitas terræ & ſiccitas ignis, frigus aquæ & frigus terræ, ſint eiuſdem rationis inter ſe?

Reſp. Qualitates ſymbolas in elementis eſſe eiuſdem rationis inter ſe. Ratio eſt, quia huiuſmodi qualitates inuicem intenduntur; ſic calor aeris intenditur à calore ignis &c. ſed quæ ſunt diuerſæ rationis non inuicem intenduntur; ergò &c. Rurſus, vt notat Philoſophus 2. de Generat. tex. 23. elementa symbola faciliùs tranſmutantur in symbola, quàm in diſſymbola; ſic faciliùs tranſit in ignem aer, quàm aqua; quia vt tranſmutetur aer in ignem, ſatis eſt, vt corrumpatur vna qualitas, ſcilicet humi-

ditas; cum in tranſmutatione diſſymbòli v. g. aquæ in ignem, debeat corrumpi vtraque qualitas, ſcilicet humiditas & frigiditas; ergò dùm tranſmutātur ſymbola, remanet in genito qualitas ſymbola, quæ erat in corrupto; ergò ſunt eiuſdē rationis illæ qualitates ſymbolæ.

Ex his conuincitur, non tantùm in elementis, ſed etiam in alijs corporibus, qualitates ſymbolas eſſe eiusdem rationis; militant enim etiā pro ipſis eædem rationes, ac proinde calor ignis non differt à calore Solis, humiditas vini non differt ab humiditate aquæ, & ſic de cæteris.

Dices. Calor elementaris v. g. ignis, noxius eſt calori vitali; ergò non eſt cum ipſo eiuſdem rationis. Rursùs humiditas aquæ eſt contraria igni, cui tamen non eſt contraria humiditas olei. Adde, quòd Ariſt. 2. de Generat. animal. cap. 3. ait; calorem ſeminum non eſſe ignem, ſed ſpiritum; ergò ſentit calorem ſeminum non eſſe eiuſdem rationis cum calore ignis.

Reſp. ad primum, calorem elementarem ſæpiſſimè adhiberi ad fouendum vitalem, quod profectò ineptè fieret, ſi ipſi noxius eſſet: Si quando autem calore ignis deſtruitur animal, nō fit ex eo, quod calor ignis ſit contrarius, aut de-

ſtruat

ſtruat per ſe calorem vitalem; ſed quia, ob ſuam nimietatem deſtruit humidum, quo indiget animal ad hoc, vt viuat. Ad ſecundum dico, quòd humiditas olei non extinguit, ſed nutrit ignem, non ratione ſui, ſed ratione pinguedinis longè ſuperantis ipſam humiditatem, quæ pinguedo eſt aptiſſimum pabulum ignis, vt patet in pinguedine animalium, & aliorum corporum. Ad Ariſtotelis verba dico, Philoſophum ibi concludere calorem animalis non procedere ab igne, ſed à ſpiritibus, quos vocant animales; qui ſpiritus, licèt feruidiſſimi, tamen non ſunt ignis. Cæterum non negat, calorem animalis & calorem ignis eſſe eiuſdem rationis.

QVÆSTIO III.

Vtrùm elementa ſint inuicem tranſmutabilia?

CErtum eſt, elementa omnia inter ſe contrarietatem aliquam exercere, quia nullum eſt, quod qualitates alteri contrarias non habeat, vt ex ſuperiùs dictis liquet. His ſuppoſitis.

Dico. Omnia elementa poſſunt ad inuicem, vel mediatè, vel immediatè tranſmutari.

Prob. Quia formæ ſubſtantiales in-

troducuntur iuxta diſpoſitiones ex primis qualitatibus elementaribus: ſed poteſt vnum elementum inducere in aliud, vel mediatè, vel immediatè, ſuas qualitates; ergò poteſt, vel mediatè, vel immediatè illud in ſe tranſmutare. Minor probatur: quia vnum elementum habet qualitates alteri contrarias; ergò poteſt in illud agere: ſed omne agens agendo aſſimilat ſibi paſſum in qualitatibus corruptiuis, vt patet de igne agente in aquam; ergò vnum elementum agendo in aliud inducit in ipſum ſuas qualitates; ergò poteſt inducere etiam ſuam formam. Dicitur inducere mediatè, quando illud priùs conuertit in aliud tertium, & poſtea in ſe ipſum; e.g. cum ignis priùs aquam conuertit in aerem, aut in vaporem, & deinde in ſe ipſum; & hæc mediata tranſmutatio vt plurimùm fit in pugnâ, & conflictu elementorum diſſymbolorum; licèt etiam ipſa poſſint vnum in aliud immediatè tranſmutari, quia non repugnat, ignem v. g. ita agere in aquam, vt in ipſam primò ſummum calorem & ſiccitatem inducat, vt cum minima aquæ gutta in ingentem proijcitur fornacem: ſed in eo caſu aqua immediatè tranſit in ignem, cum habeat qualitates ad ſolam formam ignis diſponentes: ergò &c.

Ob.

I. Ob. ſi poſſent elementa tranſmutari ad inuicem, nunquam extingueretur ignis in fornace, etiamſi nullum mixtum ipſi pro pabulo inijceretur; nam nutriretur ſemper aere in ſe conuerſo: ſed hoc eſt falſum; ergo &c.

Reſp. Nego ſequelam maioris; nam adhoc vt magnus nutriatur ignis, debet multum habere pabuli; aer autem, qui in ignem fornacis conuertitur, paruus eſt; quia ſiccitas ignis, cum ſit remiſſa, parum agit contra ſummam aeris humiditatem, ac propterea difficilè parum aeris in ſe conuertit, qui propterea tanto igni nutriendo inſufficiens eſt; ſicuti tenuiſſimus ſtuppæ filus ſucceſſiuè fornaci iniectus, licèt in ignem conuerteretur, non eſſet tamen ſufficiens ad magnum fornacis ignem nutriendum. Hoc idem dicendum eſt de aere, qui in fundo putei conuertitur in aquam.

II. Ob. Vapor ex aquâ eductus aſcendit ſupra aerem, ac proinde habet maiorem calorem & leuitatem, quàm quæ exigitur ab aere, & tamen talis vapor in aerem non conuertitur, ſed poſtea in aquam redit; ergò ſignum eſt, aquam non poſſe conuerti in aerem, ac proinde vnum elementum non poſſe in aliud tranſmutari.

Reſp. Vaporem non habere raritatem

tem, quæ ab aere exigitur ac propterea non ſufficere calorem, & leuitatem ad hoc vt in aerem mutetur.

Superſunt hîc aliqua dicenda de primis qualitatibus elementorum in ordine ad mixti generationem. I. Dicitur, quòd calor congregat homogenea, & diſgregat heterogenea; ſic e. g. ſi plumbo mixtum ſit ferrum & lapides, & vi caloris liquetur plumbum, partes plumbi, quæ ſunt homogeneæ, ſcilicet eiuſdem rationis, congregantur ſimul; ferrum verò & lapides, quæ ſunt heterogenea, ſcilicet diuerſæ rationis, ſegregantur, & fundum petunt. II. Frigus congregat homogenea & heterogenea; e. g. cum vi frigoris denſatur & congelatur aqua, cui ſint immixta ligna, lapides, & alia, omnia ſimul congregantur. III. Humiditas eſt, qua res non ſunt terminabiles termino proprio, ſed alieno; ideſt, ex ſe non habent propriam figuram, ſed facilè accipiunt figuram rei, qua includuntur; vt ſunt aer, & aqua. IV. Siccitas eſt qualitas, qua per ſe res facilè proprio termino terminatur, difficilè verò alieno, vt patet in omnibus ſolidis. Ignis verò, licèt ſiccus, habet per accidens non terminari termino proprio, quia habet nimiam raritatem, & tenuitatem

huic

huic terminationi obſtantem. V. Quatuor iſtæ qualitates ſunt omnes actiuæ. De calore & frigore indubitatum eſt. De humiditate & ſiccitate patet; nam Philoſophus docet, omnia elemēta eſſe actiua, & paſſiua ad inuicem; ſed niſi ſiccitas & humiditas eſſent qualitates actiuæ, hoc eſſet falſum; nam ignis agit in aerem non ratione caloris, quia in hoc conuenit cum aere, & ita aer agit in ignem; ergò ſi non agerent & paterentur inuicem ratione humiditatis & ſiccitatis, omnia elementa non agerent nec paterentur ad inuicem; ergò ſictitas ignis agit in humiditatem aeris, & è contra. Quia tamen calor & frigus ſunt actiuitatis longè maioris; ſiccitas & humiditas dicuntur paſſiuæ non abſolutè, ſed comparatiuè ad calorem & frigus.

IN QVARTVM

Ariſtotelis Librum de Cælo

DISPVTATIO VNICA.

IN hoc quarto Libro ſtatim proponit Philoſophus totum id, de quo agere intendit, dicens tex 1. *De graui autem, & leui quid vtrumque eſt, & quænam eſt*

natura ipſorum conſideranda eſt.

QVÆSTIO I.
Quid ſit grauitas, & leuitas.

CRediderunt nonnulli motum elementarium, ſiue ſurſum ſiue deorſum, fieri à principio aliquo extrinſeco, ſcilicet per vim magneticam in Cælo, & in terrâ exiſtentem, qua leuia ſurſùm, grauia verò deorſùm traherentur. Quā opinionem meritò reijciunt communiter Peripatetici pluribus rationibus adducti. I. Quia explicat per plura, quod poſſet per pauciora; ſicut enim experientiâ conſtat, eandem magnetis partem ad ſe trahere vnam acum, & alteram repellere, ſufficeret vna virtus magnetica, vel in Cælo, vel in terra tantùm, per quam aliqua traherentur, aliqua repellerentur. Ac proinde ponere duas, eſt entia ſine neceſſitate multiplicare. II. Quia virtus magnetica grauium, neque eſt in ipſa terrâ, neque in eius centro: non in terrâ, alioquin lapis, dum in foueam aut puteum demittitur, traheretur non ad fundum putei, ſed ad terram laterum ipſius putei, quæ eſt vicinior, quod non ſequitur: non in centro, quia centrum eſt punctum, imò cum mathematicum punctum nullum

exi-

exiſtat, eſt quid imaginarium, cui proinde tanta vis ineſſe non poteſt. III. Quia grauibus eſt violentus motus ſurſùm, leuibus eſt violentus motus deorſùm, cum experientiâ pateat, reſiſtere talibus motibus; ergò grauibus eſt naturalis motus deorſùm, leuibus motus ſurſùm, his enim non reſiſtunt, & in his locis quieſcunt: ſed motus naturalis non eſt ab extrinſeco, ſed à propriâ & intrinſecâ formâ; ergò &c. His poſitis

Dico. Grauitas eſt principium motus naturalis deorſùm. Leuitas eſt principium motus naturalis ſurſùm.

Prob. Quia formalis eſſentia cuiuſuis rei optimè explicatur per illud prædicatum, quod eſt primum in ipſâ, & radix cæterorum eidem conuenientium: ſed per allatas definitiones id præſtatur; ergò &c. Minor patet; nam præciſè intellecto in corporibus intrinſeco principio motus naturalis deorſùm, intelligunt omnes corpora eſſe grauia, & ipſe motus deorſùm à tali principio, vt à ſuâ primâ radice procedit: præciſè intellecto in corporibus principio intrinſeco motus naturalis ſurſùm, intelliguntur corpora eſſe leuia, & motus ſurſùm à tali principio, tanquam à primâ ſuâ radice, procedit; ergò per allatas definitiones optimè explicatur formalis eſſentia

gra-

grauitatis, & leuitatis.

Ex his colligitur. I. grauitatem & leuitatem eſſe duas qualitates inuicem realiter diſtinctas, cum ſint ad effectus per ſe oppoſitos, & non conueniant definitione.

Colligitur II. grauitatem & leuitatem non eſſe idem cum primis qualitatibus, neque cum earumdem complexione; non enim intellecto calido, frigido, tepido, & ſimilibus, intelligitur corpus graue vel leue; ferrum enim candens calidum eſt, & graue; vapores in mediâ aeris regione frigidi ſunt & humidi, & tamen ſunt leues; imò fieri poteſt mutatio in primis qualitatibus, manente eâdem grauitate & leuitate; ſic ferrum eſt æquè graue calidum, ac frigidum. Item corpora Beatorum eandem complexionem primarum qualitatum retinent, & tamen nullam grauitatem habent. Nec etiam in denſitate grauitatem, in raritate leuitatem conſiſtere dicendum eſt; quia aqua, dum glaciatur, fit denſior, & tamen eſt leuior, cum ipſi aquæ ſupernatet.

Colligitur III. grauitatem & leuitatem non eſſe ipſum motum deorſùm aut ſurſùm, quia hi motus ſunt effectus, non autem eſſentia grauitatis & leuitatis.

Col-

Colligitur IV. grauitatem & leuitatem non eſſe ſubſtantiam corporum; quia variari poteſt ſubſtantia, inuariatâ grauitate & leuitate; ſic ſpecies eucharifticæ retinent eandem grauitatem, quam antea habebant; & tamen non eſt ſub ipſis ſubſtantia panis; vapores aquei, & exhalationes terreæ retinent ſubſtantiam aquæ & terræ, & tamen amittunt grauitatem. Denique in homine grauitas non eſt anima, quæ ſpiritualis eſt; non eſt materia, quæ indifferens eſt, vt ſit in corpore graui vel leui; ergò non eſt ſubſtantia hominis.

I. Ob. Dici poteſt non dari leuitatem ad omnia, ſed magis aut minùs grauia, ita vt quæ aſcenduut vt aer & ignis, non aſcendant ratione leuitatis; ſed quia ſurſùm pelluntur à magis grauibus, ſicuti pellitur ſurſùm oleum ab aquâ, & aqua ipſa à terrâ.

Reſp. Nego antecedens; nam homo mortuus exiſtens in eodem loco, & eodem aere ambiente, ac quando viuebat, grauior eſt ac erat viuus; ergò per mortem amiſit leuitatem: homo poſt ſumptum cibum eſt leuior, quàm erat ieiunus, etiamſi eodem aere ſit circumſeptus; ergò acquiſiuit poſitiuam leuitatem per hoc, quia cibi coctione peractâ ſpiritus poſitiuè leues totum permeant

II. Ob. Carbo ignitus non eſt leuis; ergò igni non ineſt leuitas nuper aſſerta.

Reſp. Conceſſo antecedenti, nego conſequentiam; nam licèt ignis exiſtens in carbone ſit de ſe leuis, tamen multa & longè maior eſt terreſtris materia carbonis, cui adiunctus eſt ignis, à qua materiá habet carbo ſuam grauitatem.

QVÆSTIO II.

Vtrùm grauia, & leuia grauitent, aut leuitent in proprijs locis?

OMnia corpora tendere naturaliter ad centrum Mūdi putantes aliqui, in quo tamen non omnia eſſe poſſunt, dixêre conſequenter, nullum corpus quieſcere, niſi in centro, ac proindè omnia grauitare in quouis loco extra centrum. Horum opinio, vtpotè ſolam admittens in corporibus grauitatem, nuper à nobis reiecta eſt quoad hanc partem. Refellitur iam quoad aliam; quia ſi tenderent omnia naturaliter ad centrum, natura indidiſſet ipſis appetitum, & fruſtraneum, quia non eſſet explebilis, & ineptum, quia eſſet ad confuſionem ordinis, & deſtructionem pulchritudinis Vniuerſi; nam ſicuti ſi omnia eſſent in cētro, fieret in eo puncto omnium cōfuſio, & pulchritudinis Vniuerſi deſtru-

ctio

ctio; ita appetere eſſe in centro, eſſet appetere talem confuſionem, & ordinem: natura autem nec abundat in ſuperuacaneis, nec quidquam inclinat contra bonum Vniuerſi, alioquin ſicuti imperitus eſſet artifex, qui ſuperficiem ſphæræ ordinaret ad exiſtendum in centro, ita inſipienter ordinaſſet natura, ſi ea, quæ partes ſuperficiei eſſe debent, ordinaret ad hoc vt eſſent in centro, & per vim innatam ad ipſum tenderent: Satiùs ergò eſt dicere, quod ſicuti artifex ſapienter conſtituens aliquid vult, vt aliquæ partes ſint in vno, aliæ in alio loco, dummodò omnes ad eiuſdem artefacti conſtitutionem, & perfectionem conſpirent; ità natura cum videret Mundi huius perfectionem exigere, vt partium eius aliquæ eſſent prope centrum, aliæ longiùs ab eodem, conſtituit, vt omnes inclinarent quidem ad ſe conglobandum circa tale centrum, non tamen ad exiſtendum omnes in centro; ſic enim verificatur *Opus naturæ opus intelligentiæ*; ac proinde, ſicuti ad ſapientiam artificis pertinet locum ſingulis partibus in artefacto determinare; ita ſtatuendum eſt, à naturà ſapientiſſimà in opere admirabili huius Vniuerſi, locum ſingulis elementis & corporibus proprium, & aptum ad tanti operis perfectionem cõſti-

ſtituendam, fuiſſe determinatum. His ſuppoſitis, quæritur, an grauia grauitent, & leuia leuitent, in proprijs locis. Hoc antequàm reſoluamus,

Notetur, quòd aliud eſt habere grauitatem & leuitatem, aliud grauitare & leuitare. Primum ſignificat, habere virtutem, ſeù qualitatem tendendi deorſùm vel ſurſùm. Secundum ſignificat, actu niti, ſeu exercere impetum, & conari tendere deorſùm vel ſurſum: ſenſus ergò quæſtionis eſt, an e. g. aer de facto nitatur, & quærat eſſe ſupra ignem: an pars aquæ maris nitatur eſſe infra aliam partem eiuſdem aquæ; & ſic de cæteris.

Dico. Nullum elementum in ſuo loco naturali grauitat aut leuitat.

Prob. I. Quia vnicus finis, propter quem grauitas & leuitas ſunt datæ corporibus à naturâ, eſt, vt per ipſas ad locum ſibi connaturalem ſe moueant, in quo quieſcant: ſed ſi grauitarent, aut leuitarent, in proprijs locis, non quieſcerent in ipſis; ergò in proprijs locis non grauitant, neque leuitant. Confirmatur: quia ſi partes ſuperiores aquæ grauitarent ſupra partem, quæ ſubeſt cæteris, & tangit fundum lacus, ſequeretur, quod hæc pars preſſa à maiori pondere ſuperiorum partium deberet aſcendere, & illæ deſcendere; idemque faceret quæ-

cum-

cumque alia pars, quæ ſucceſſiuè fundũ tangeret, atque ita fieret continuus motus partium aquæ à ſuperficie ad fundum & è contra: ſed hoc non ſequitur, vt patet experientiâ; ergò &c. Nec valet dicere, locum proprium omnium rerum eſſe centrum; nam, vt nuper prænotaui, ſicuti in corpore humano nequit dici locum proprium oculi & pedis eſſe centrum, aut quempiam alium; ſed illum tantùm, in quo tales partes poſitæ ſunt à naturâ, vt conſtituant proportionem & perfectionem hominis; ita locus proprius corporum in Vniuerſo eſt ille, in quo Vniuerſi perfectionem & pulchritudinem corpora conſtituere debent ex inſtituto naturæ, non autem centrum, in quo non poſſent id præſtare.

I. Ob. Ex dolio aquâ pleno ruit maiori impetu aqua, quæ extrahitur, quàm ſi dolium ſit tantùm ſemiplenum, & eâ proportione, qua decreſcit aqua, decreſcit etiam impetus eiusdem defluentis; ergò ſignum eſt, quod pars ſuperior aquæ premit partem inferiorem, & ſic vna pars in aliam grauitat.

Reſp. In primis hoc experimentum non eſt ad rem; nam debet aduerſarius concedere, quòd ideo aqua exiſtens in dolio defluit per foramen apertum, quia non eſt in loco ſibi connaturali & pro-

prio

prio, ac proinde dato quod grauitet, non grauitet in proprio, ſed extra proprium locum. In forma conceſſo toto antecedenti, nego conſequentiam; nam impetus, quo ruit aqua, non prouenit ex preſſione partium ſuperiorum ſupra inferiores; ſed ex eo, quod omnes illæ partes aquæ, quo plures ſunt, fortiùs agunt contra aerem leuem inferiùs, & ad latera exiſtentem; quia vniunt in vnum propriam virtutem, & conſtituunt agens vnum vehementius, eo modo, quo magnus ignis vehementiùs ſurſùm aſcendit, quàm paruus, & decreſcit vehementia quantùm decreſcit moles ignis; non quia vna pars ignis leuitet in aliam, & ſurſùm pellat; ſed quia omnes ſimul ſunt vnum agens fortius ad ſuperandum aerem ſibi obſiſtentem, & ad tendendum in locum ſibi connaturalem.

II. Ob. Grauitare nihil aliud eſt quã niti deorſùm: ſed etiam in diſpoſitione locali, qua minùs graue grauiori incumbit, minùs graue nititur deorſum; ergò etiam in tali diſpoſitione grauitat. Minor probatur: nam ponamus aquam ciſternæ eſſe in proprio loco, ſi ſub pauimento ciſternæ excauetur aliqua concauitas, tùm aqua grauitaret ſupra pauimentum, illud pellendo, & fortaſſe deijceret; ergò etiam nunc grauitat. Con-

fir-

firmatur a priori; quia pauiuentum illud ex ſe eſt receptiuum impulſus ab aquâ, & aqua poteſt pauimento impetum imprimere; & præterea aqua eſt applicata ad impellendum, cum ſit poſita ſupra; pauimentum verò eſt applicatum ad accipiendum impulſum, cum ſit poſitum infra: ſed actiuum applicatum ſuo paſſiuo agit; ergò grauitas aquæ pauimentum impellit.

Reſp. Nego minorem. Ad eius probationem retorqueo argumentum: etiam cum è fiſtulâ, cuius vna extremitas aquā tangit, extrahitur aer, nititur ſurſùm & aſcendit aqua; & tamen eſt certum, aquam non niti ſurſùm, antequàm aer extrahatur; ergò pariter etiamſi aqua niteretur in pauimentum poſt excauationem concauitatis ſub ciſternâ, non rectè deducitur niti ante excauationem. In forma nego antecedens; nam poſt excauationem grauitas aquæ & pauimenti, per modum vnius agentis grauitant contra aerem inferiùs exiſtentem, quia non ſunt in loco ſibi connaturali & proprio; at antequàm fiat excauatio concauitatis, cum ſint in loco ſibi connaturali, non grauitant, quia eo prorſùs modo, quo natura dedit aquæ niti ſurſùm in caſu tantùm periculi, ne detur vacuum; ita dedit grauibus grauitare, & leui-

leuibus leuitare, in caſu tantùm, quo extra locum ſibi connaturalem exiſterent. Et per hæc patet ad confirmationem; quia cum impulſus & niſus deorſùm det natura præciſè ad grauia in proprijs locis ponenda, vt medium ad finem; eo ipſo quod in proprio loco ſunt, finem obtinuit natura, atque adeo ceſſat illud medium, nempe impulſus & niſus; & ſic grauia non grauitant, alioquin natura abundaret in ſuperuacaneis, quod non eſt dicendum.

Inſtabis. Grauia in proprijs locis habent grauitatem; ergò grauitant, alioquin non eſſet aſſignabile ad quid remaneret grauitas in ipſis.

Reſp. Conceſſo antecedenti, nego conſequentiam. Remanet in illis grauitas, primò quia, cum poſſint à proprio loco diuelli, conueniens eſt, vt habeant in ſe virtutem ad ipſum redeundi: ſecundò inſeruit ipſis grauitas, vt mota quieſcant intra lineam directionis, ac propterea æquè reſiſtunt motui in tranſuerſum ac motui ſurſùm.

III. Ob. Situla, quæ priùs vacua ſupernatabat aquæ, vbi repletur aqua, fundum petit; ergò aqua in ſitulâ grauitat in aquam.

Reſp. Supernatabat ob aerem, quem continebat: expulſo deinde aere, rema-

manet in ipſâ ſola grauitas terrea, quæ poſcit eſſe infra aquam, vt in loco ſibi connaturali,& hæc eſt, quæ ſola grauitat in aquam. Si quis autem manifeſtè velit cognoſcere,aquam intra ſitulam exiſtentem non grauitare in aquam, ſed grauitare ſolam molem ſitulæ, ponderet ſitulam vacuam in aere, & deinde plenam aquâ ponderet in aquâ, deprehendet non magis ponderare in aquâ plenam aquâ, quàm ponderabat in aere vacua; ſi autem grauitaret in aquam,tùm ſitula cùm aqua intùs exiſtens, deberet plus ponderare in ſitulâ plenâ, quàm ponderabat in aere vacua; vt eſt per ſe manifeſtum.

QVÆSTIO III.
De Raro, & Denſo.

QVoniam raritatis & denſitatis corporum cognitio ad eorum grauitatem & leuitatem perfectiùs penetrandam non parùm conferre poteſt, propterea hîc aliqua de raro & denſo delibare cenſemus.

Rarum,ex Ariſt. 4. Phyſic. tex.85. eſt, quod ſub magnis dimenſionibus parum habet materiæ. Denſum, quod ſub paruis dimenſionibus multum habet materiæ; e. g. aqua, quæ frigida occupabat

ter-

tertiam partem vaſis, calefacta occupat totum vas, quia per calorem rarefit, per frigus verò denſatur, & ſic per condenſationem eſt ſub paruis dimenſionibus, per rarefactionem eſt ſub magnis. Quomodò id fiat, quærunt Philoſophi.

Quatuor in hac re ſunt opiniones. Prima quorũdam Athomiſtarum dicentium, fieri rarefactionem, & condenſationem per hoc, quòd detur in corporibus vacuum diſſeminatum, & in condenſatione comprimantur ſpatiola illa vacua inter partes corporis exiſtentia; in rarefactione verò eadem ſpatiola vacua dilatentur, Secunda ſententia eſt Arriagæ & aliorum affirmantium, fieri rarefactionem per hoc, quòd inter partes corporis intromittãtur plura corpuſcula; cõdenſationem verò per hoc, quòd illa corpuſcula extramittantur. Tertia ſententia tribuitur Scoto in 4. diſt. 22. queſt. 4. ſcilicet rarefactionẽ fieri per productionem nouæ quantitatis, condenſationem verò per diminutionem eiuſdem. Quarta ſententia eſt, quam mox afferam.

Dico. Rarefactio fit per hoc, quòd idem corpus acquirat maiorem extenſionem localem, seù vbicationem. Cõdenſatio per hoc, quòd habeat minorem extenſionem localem, ſeu vbicationem.

Prob. I. poſitiuè. Quia rarum eſt quod

ſub magnis dimenſionibus parum habet materiæ; denſum quod ſub paruis dimenſionibus multum habet materiæ: ergò idem fit modò rarum, modò denſum, per ſolam mutationem magnarum, vel paruarum dimenſionum. Conſequentia probatur: quia in eo res conſiſtit formaliter, quo præcisè intellecto & habito, intelligitur & habetur res; quo non intellecto nec habito, licèt habeantur omnia alia, non intelligitur nec habetur res: ſed intellectis & habitis in eâdem re modò magnis modò paruis dimenſionibus, ſeu localibus extenſionibus, intelligitur & habetur rarefactio & condenſatio; his non intellectis & non habitis, non intelligitur nec habetur, licèt habeantur cætera: ergò in his conſiſtit rarefactio & condenſatio. Maior eſt conuertibilis cum definitione eſſentiæ. Minor eſt ſenſus omniũ præcipuè Sapiẽtum, qui ſtatim ac intelligunt eam rem, v. g. aquam aut aerem, qui priùs occupabat minorem locum, nunc occupare maiorem, dicunt & intelligunt, fuiſſe priùs condenſatum & poſtea rarefactum; quod intelligere nec dicere poſſunt, etiamſi intelligant & habeant, quæ à cæteris ſententijs pro condenſatione & rarefactione afferuntur, vt iam probabo; ergò &c.

Prob.

Prob. II. quod non habeatur rareſactio & condenſatio per vacuum diſſeminatum. Quia [præter ea, quæ dixi 1. Phyſic. diſp. 3. de repugnantiâ huius vacui] experientiâ conſtat, naturam rarefacere corpora, vt impediat vacuum: ſed ſi rarefactio fieret per vacuum, natura faceret hoc vacuum ad impediendum vacuum, quod eſt prorſùs abſurdum; ergò rarefactio non fit per vacuum, ac proinde nec etiam condenſatio. Rurſùs, admiſſo tali vacuo deſtruitur conceptus rarefactionis, & condenſationis; ergò &c. Antecedens probatur: conceptus rarefactionis eſt, vt per ipſam idem corpus, quod occupabat minorem locum, occupet deindè maiorem; ſed ſi admittatur vacuum, id non ſequitur; ergò &c. Minor patet: nam ſi corpus conſtet decem punctis ſpatij, & rarefiat per vacuum; illa decem puncta corporis occupabunt decem puncta ſpatij, & nihil amplius; vbi enim ſunt vacuitates, non occupatur locus, ſeu ſpatium à corpore; ergò tantundem ſpatij occupabit corpus poſt rarefactionem, ac occupabat in condenſatione: ergò deſtruitur conceptus condenſationis, & rareſactionis. Confirmatur; quia ſi quis papirum, pannum, aut quod ſimile, ita trahat, vt plura in

ipſo foramina & ſciſſiones in medio fiant, non dicitur propterea rarefeciſſe papyrum, aut pannum; nec papyrus, aut pannus dicuntur occupare maiorem locum ac antea; quia locus correſpondens foraminibus & ſciſſionibus illis, non occupatur à papyro vel panno: ergò ſimiliter ſi fieret rarefactio per vacuitates inter vnam & aliam partem, non per hoc dicerentur rarefieri corpora; imò deſtrueretur rarefactionis, & condenſationis conceptus.

Prob. III. quod non fiat condenſatio & rarefactio per extramiſſionem & intromiſſionem corpuſculorum. Quia mixtio vnius corporis cum alio non cōſtituit rem in eſſe rarefacti; nec ſeparatio vnius corporis ab alio conſtituit rem in eſſe condenſati: ſed extramiſſio & intromiſſio corpuſculorum inter partes corporis eſt ſeparatio & mixtio vnius corporis cum alio; ergò extramiſſio & intromiſſio corpuſculorum non cōſtituit rem in eſſe denſi & rarefacti. Maior probatur: quia experientia docet, miſceri vinum cum aquâ, oleum cum alio liquore, & ſimilia: & pariter quandoque ab iiſdem ſeparari: & tamen in eâ mixtione non fit rarefactio, nec in ſeparatione condenſatio; cum aqua illa, oleum, & alij liquores, per ſe in eodem ſtatu

tu remaneat aer, quo erat prius; ergò &c.

Prob. IV. quod non fiat condenſatio per diminutionem quantitatis, nec rarefactio per additionem nouæ. Si in rarefactione adderetur noua quantitas, vel reciperetur in aliquâ parte materiæ iam habentis quantitatem, vel non: ſi primum; ergò in eâdem parte materiæ ſtaret duplex quãtitas, & ſic eſſet ibi duæ quantitates compenetratæ: ſed quantitates repugnant compenetrationi, ergò &c. Si ſecundum; ergò ante aduentum illius quantitatis aliqua pars materiæ erat ſine quantitate: ſed hoc eſt abſurdum, quia quælibet pars eſt impenetrabilis cum aliâ; ergò quælibet pars habet quantitatem; ergò &c.

Aduertendum hîc eſt, aliquos videri nomine quantitatis intelligere, non accidens quantitatis propriè talis, ſed ipſam extenſionem ſeù dimenſionem localem, ita vt dicant, corpus in rarefactione acquirere nouam extenſionem localem, in condenſatione illam deperdere; ſi in hoc ſenſu hæc opinio accipiatur, coincidit cum noſtrâ, & vera videtur.

Ex his omnibus patet reſponſio ad obiectiones, quæ ab aduerſarijs fieri poſſent, ac proinde longioribus verborum ambagibus prætermiſſis, extremam operi manum libens impono. Te

ſumme Mundi Opifex enixè deprecans, vt quemadmodum de Cælis agens legentium animos ad cæleſtia incitare in votis habes; ſic me, quandocumque tibi libuerit, beatiſſimæ tuæ Gloriæ compotem facias, & in ſinum complexusque tuos benignè ſuſcipias.

F I N I S.

APPROBATIONES

REV. P. Ioſeph Maria Ambrogi, Clericus Regularis Ordinis Theatinorum videat, ſi in opere iſto aliquid ſit contrarium Sanctæ Fidei, & bonis moribus, & referat. Datum 7. Decembris 1682.

Alexander Puccius Vic. Gen. Flor.

Hanc aliam Philoſophici Mundi partem Illuſtriſs. Domine, iucunda non minùs, quàm attenta lectione luſtraui; eamque omninò ſimilem iam editis inueni; ſicuti & de edendis futurum non dubito; vnde addita ipſis promerita ſui Conditoris manifeſtatione, in quam omnes conſpirant, Mundum magnum in paruo repræſentatum fateri oportebit. Immò (quod ſingulare eſt huic parti, quæ de Mundo *inſcribitur) ipſummet totum in parte concluſũ ſub oculis po-*

nitur

nitur; adeò in iſta ingenioſiſſimi ſui Auctoris excelluit Ars, nimirum cum pari perſpicuitate breuitati conſulere: vnde, etiã præ alijs, publica illam Mundi luce dignã exiſtimo. Ex Domo noſtra S. Michaelis 20. Martij 1682 ab incarnatione.

D. Ioſeph Maria Ambrogi C. R. S. Offici Conſultor

Imprimatur ſeruatis ſeruandis.
Alexander Puccius Vic. Gen. Flor.

AD Illuſtriſſimum D. Aduocatum Auguſtinum Coltellini, Conſultorem Iubilatum huius S. Officij Florentiæ, vt diligẽter examinet præſentem librum, cuius titulus eſt, *Coſmus Philoſophicus*, & vbi nihil obſtiterit, probet. Datum ex ædibus S. Off. Flor. die 22. Martij 1683.

F. Franciſcus Auguſtinus Gambarouа, Cancel. S. Off. Flor.

Reuerendiſſimo P. Domino

SI hactenùs in ſuperioribus partibus Tyrones lætati ſunt, in hac profectò exultabunt, cum ſe viderint ab excipienda tàm moleſta tot exoticorun nominum farragine leuatos: ipſe quoque Cl. Magiſter gaudebit ab odioſa eorumdem repetitione exemptus. Valeat igitur ad ſequentia, quæ, ſi quàm

citiſſimè poteſt, ediderit, gratioſa erunt reipublicæ literariæ, quod quàm primùm exopto, dum has publica luce dignas inuenio mea manu ſubſcribens.

Auguſtinus Coltellini S. Off. Conſult. & librorum Cenſor poſt XL. annos emeritus.

Attenta ſupraditta atteſtatione imprimatur.

F. Franciſcus Auguſtinus Gambarona Canc. S. Off. Flor.


Robertus Pandolfinius Senat. M. Ducis Etruriæ Auditor.

AD BIBLIOPEGOS


DVO illa Folia Figurarum hic aſſuentur, & complicentur.

2550389 A

INDEX


P.XXVIII
F.III
P.LXIII
auste
P.XX
P.LXI.
F,7
F,10
P.LXXVII
PA.XXVII.
F.I.
P.LIII

F, 12


ESTRO
4 di maes tram
maestro tram
4 di tramon maes
TRAMONT
4 di tram: greco
greco tram:
4 di greco: tram:
RECO

[illegible] Google

B. 12. 6. 183
B.N.C.F.

2550889